Confirma hoc deus qd operatus es ĩ nobis. ps. lxvij. Poſt ſacramentuꝫ baptiſmi ſequiꝛ aliud qd maiꝰ ẽ ꝗ̃tũ ad miſtroꝝ dignitatẽ. Hoc eñi a ſummis pontificibus. id ẽ epis vel ſuffraganeis tm̃mõ tradiꝛ. ſicut ꝛ a ſol' aplis tradebaꝛ. vt diciꝛ de cõſe. diſt. v. Manꝰ. Priꝰ eñi vnctio. poſtea ſequiꝛ ↄfirmatio. ibi peccatũ dimittitur. hic gratie dona danꝛ. Datur auteꝫ hic illa gratia qua ↄtra ſingula vicia et ſi nõ ſemꝑ q̃nqꝫ tamen pugnaꝛ. Eſt aũt grã q̃ſi armatura q̃dam .qua in hoc deſerto poſt trãſituꝫ maris baptiſmi cõtra vicia pugnamus. Sicut enim ſubmerſis egyptijs

a tergo ſequentib9 filios iſra-
el. filios iſrl' olim hoſtes op-
pugnauerunt p deſertum. ſic
ſubmerſo diabolo in baptiſ-
mo. qui primū nos inſeque-
batur. multa nobis p hui9 vi-
te deſertum vicia conſtituit.
cōtra que vicia gratia in hoc
ſacramēto eſt data. qua qua-
ſi armatura quadā et muniti
one quadaꝫ muniamur. Un
de poſt baptiſmi ſuſceptiōeꝫ
in quo eſt gratia collata quā-
tum ad innocētie ꝛ noue vite
reſtitutōem. ꝯgrue petit eccle
ſia ſibi dari ſacramētū a deo.
p quod i illa gratia cōfirmet'
dicens verba premiſſa. Con
firma hoc deus. ſ. p ſacramē
tū cōfirmationis. quod ope-
ratus es in nobis. ſ. p gratiā
baptiſmal' renouatōis. Iſta
duo ſacramēta ita ſunt ꝯiun
cta ꝙ abinuicē niſi morte pre
ueniēte nullatenus poſſūt ſe-
gregari. ꝛ vnum ſine altero ri
te perfici nō poteſt. Ita dicit
Melchiades papa ſcribens
hyſpaniarū epiſcopis. cuius
verba ponūtur de conſe. diſt.
v. De his vero. ¶ Diffinitur
autem iſtud ſacramentuꝫ ſm
doctorē ſubtilem ſup. iiij. ſen
tentiaꝝ. diſt. vij. q. i. ſic. Con
firmatio eſt vnctio homis vi
atoris aliqualiter conſentien
tis. vel libero arbitrio nōnū-
ꝗ̄ vſi facta i frōte figura cru-
cis cum chryſmate ſanctifica
to. ꝛ a miniſtro idoneo ſimul
cum intentione debita inun-
gente. et verba debite profe-
rente. ſignās efficaciam ex in
ſtitutione diuina vnctionem
anime p gratiā roborans. ad
confitēdum cum ꝯſtantia fi-
dem chriſti. Et ſm beatum
Tho. ſuper. iiij. ſentētiarum.
Cōfirmatio in re eſt ipſa lini
tio chryſmatis ſub forma ꝟ-
borum preſcripta.

¶ Que ſint de ſubſtantia hu
ius ſacramenti.

Circa qd
ſciendū eſt ſm Pe
trū de tharā. ſuper
iiij. di. xvij. ꝛ Archid. de cōſe.
di. v. nouiſſime. Quicꝗ dicū
tur de ſubſtātia huius ſacra-
mēti. duo ex pte ſacramēti in
ſe. ſ. materia chryſmatis. id ē
oleum cum balſamo ab epō
ſanctificatū. vt habetur de cō
ſecra. diſti. iiij. Preſbyter. nec
pōt ſine tali oleo cōferri hoc
ſacramētū. eo ꝙ ſm Tho. ſu-
per. iiij. diſt. vij. q. ij. ar. iij. illa
ſacramēta que ſibi miniſtruꝫ
determināt, etiam materiam

ſanctificatã reqrũt ⁊ exigunt
Sed ſacrm qð nõ deťmiat
ſibi miſtrũ niſi qͣtum ad ſolẽ
nitatẽ. nõ habꝫ materiã ſctifi
catã qͣtũ ad neceſſitatẽ. ſꝫ qn
tũ ad ſolẽnitatẽ. vt baptiſmꝰ.
Et quia hoc ſacramentuꝫ de
termiat ſibi miniſtꝝ. ideo eti
am reqrit materiã ſctificataꝫ
ab eo qui ẽ miſter huiꝰ ſacra
menti. ſ. ab epiſcopo. Quare
autẽ materia eſt chryſma oſtẽ
dit arti. ij. dicẽs. ꝙ hoc ſacra
mentuꝫ ſumpſit initiũ ab ad
uẽtu ſpũſſancti i diſcipulos.
q̃ apparuit in linguis igneis
ſed igni nihil ꝯuenientius ac
cipi poteſt loco eius ꝓ mate
ria i ꝯfirmatiõe qͣ oleum. q̃a
lucet ⁊ nutrit ignẽ. Figuram
autẽ lingue cõuenienter acci
pit balſamus ꝓpter odorem.
quia ꝓpter cõfeſſionẽ lingue
odor bone noticie dei diffun
ditur i omi loco. Ideo ſicut
viſibilis apparitõ ſpũſſancti
fuit in igne figurata in figu
ra lingue. ita materia confir
matõis eſt in oleo balſamato
vt oleum pertineat ad cõſciẽ
tiã quã optet habere nitidaꝫ
eos q̃ cõfeſſores diuine fidei
ꝯſtituunť. Et balſamꝰ ad bo
nã famaꝫ ꝑtinet quã oportet
diffundere ⁊ verbis ⁊ factis i
ꝯfeſſiõe fidei. Hec ſan. Tho.
Et licet chriſtꝰ circa iſtitutio
nem huiꝰ ſacramenti nõ fuit
vſus tali materia. nec apl'i pꝰ
eũ. tamẽ ideo hodie eccl'a nõ
vtitur incõgrue tali materia.
eo ꝙ chriſtꝰ nõ alligauit po
tentiã ſuã ſacramentis. potu
it eñ ſine tali materia confer
re ꝑ aliũ modũ grãm huiꝰ ſa
cramenti. Similiter ſm do
ctorẽ ſubtilẽ potuit cuꝫ diſci
pulis diſpenſare i primitiua
eccl'ia. vt ꝑ alium modũ ꝯfer
rẽt hoc ſacramentũ. maxime
cum tunc erant aliqua ſigna
ſenſibilia. vt puta deſcẽſus ſã
cti ſpiritus deſup. ⁊ donũ lin
guarum. que omnia accipie
bãt confirmati ꝑ apoſtolos.
Unde non fuit neceſſaria eis
materia huiꝰ ſacramti i ſigno
tam occulto. exq̃ i magis viſi
bili ⁊ euidẽtiori illð ꝯferebãt
Credit tñ ideꝫ doctor. ꝙ hec
matia ab apl'is ſit iſtituta. li
cet nõ legať. Scðm qð eſt ð
ſuba huiꝰ ſacramenti ẽ forma
ꝟboꝝ. q̃ ẽ hec. Cõſigno te ſi
gno ſãcte crucis ⁊ cõfirmo te
chryſmate ſalutis. i no. pa. et
fi. ⁊ ſ. ſ. amen. Refert tñ archi
diaconus de cõſe. diſtin. v. c.
nouiſſime. et ſm Hugonem
ibidem tenuiſſe. ꝙ nec forma

p̄dicta nec alia ē neceſſaria et de ſubſtãtia hui⁹ ſacri. immo credit q̄ ſacr̄m oleī ſacramē tū chryſmat ꝑt ꝯferri ſine v̄bo. dūmō fiat vnctio de oleo vl' de balſamo ꝯſecrato. Idē etiā notat. xcv. diſt. c. ꝑuenit. Illud tñ ibi dixit ſub dubio Ego tñ iſtō dictū mi⁹ r̄cipio nec admitto. eo q̄ n⁹ iure nec rōne ꝯſiſtit. et oīb⁹ theologie magiſtris aduerſat̄. Terciū qd ē de ſuba hui⁹ ſacri qd re-q̄rit̄ ex pte miſtri eſt dignitas pontificalis ſeu epiſcopalis ⁊ intentio debita Intantum eñ requirit̄ miniſteriū ponti ficis in collatōe hui⁹ ſacramē ti. vt ſi p aliū ſimplicem ſacer dotē fieret etiā de cōmiſſione nō valeret. licȝ ſ̄m q̄ſdam pa pa ꝑt ſimplici ſacerdoti ꝯmit tere vt poſſȝ hoc ſacramentū ꝯferre. Et hoc tenet glo. c. iiij de cōſuetudīe. Hoc etiā tenet ibi Hoſti. Hoc etiā tenȝ Ar-chid. xcv. di. ꝑueīt. Hoc etiā idem approbat ſctūs Tho. ſup. iiij. di. vij. q. vi. ar. iij. vbi aſſignat rōnē dicēs q̄ papa p hoc q̄ ē epoꝝ ſummus nō dicit̄ hr̄e plenitudinē ptãtꝭ p relatiōem ad corp⁹ dñi verū. ſȝ p relatōȝ ad corp⁹ myſticū. Et q2 gr̄a ſacr̄alis deſcēdit i corp⁹ myſticuȝ a capite. ideo oīs opatio in corp⁹ myſticū ſacramētal' p quā gr̄a dat̄ de pendet ab opatōe ſacramēta-li ſup corp⁹ dñi verū. Et ideo ſolus ſacerdos ꝑt abſoluere ī foro penitentiali. ⁊ baptizare ex officio. Et iō dicēdū q̄ p-mouere ad illas pfectōnes q̄ nō reſpiciūt corp⁹ dñi verum ſed ſolū corp⁹ myſticuȝ pōt a papa q̄ habȝ plenitudinē pō tificalis ptãtis ꝯmitti ſacer-doti q̄ hȝ actū ſūmū ſup cor-p⁹ dñi veꝝ. nō autē diacono vel alicui inferiori q̄ nō habȝ pficere corp⁹ dñi veꝝ. ſic̄ nec abſoluere ī foro penitentiali. Nō aūt pōt ſimplici ſacerdo ti cōmittere pmouere ad pfe-ctōem q̄ reſpicit aliq̄ mō cor-p⁹ dñi verū. Et ideo ſimplex ſacerdos ex mādato pape nō pōt ꝯferre ordinem ſacerdo-tij. q2 ordīes ſacri habēt actū ſup̄ corpus dñi veꝝ vl' ſupra materiā ei⁹. Pōt tñ cōcedere ſacerdoti q̄ ꝯfirmet. q2 cōfir matio pficit eū ī actu corpis chriſti myſtici. nō autē hȝ ali-quā relationē ad corpus dñi veꝝ. Et h̄ dictū approbat in toto Petr⁹ d tharan. ſup. iiij. ſniaꝝ. diſ. iiij. ſcdo p̄ncipali. q. i. ar. ij. Hoc idē approbat

Scotus. Et licȝ Bonauen
tura videat̃ pmiſſis ꝯdicere.
tñ aſſiſtẽdũ eſt maiori pti do
ctorũ pdictoꝝ. q̃ cũ determīa
tõe eccl'ie ħ approbãtes ꝯſen
tiũt ĩ toto ⁊ cõcordãt. Quar
tũ qđ eſt de ſuba hui⁹ ſacri eſt
ex pte ſuſcipiẽtis. ſ. loc⁹ ſuſci
piens q̃ eſt frõs. Unctio eñ
fit ad ꝯſignificãdũ id qđ cõ
fert in ſacro. Unde ĩ ꝯfirma
tiõe ꝯfert audacia ꝓfeſſiõis.
cui⁹ oppoſituȝ. ſ. timor et eru
beſcẽtia pncipalius et euidẽ
tius ĩ frõte manifeſtant. ideo
fit vnctio frõtis. Hec ẽ ratio
Archid. de ꝯſe. di. v. Nouiſſi
me. Alia autẽ rõ ſm Petꝝ ſu
per. iiij. di. vij. q. iiij. quia etiã
robur ĩ fronte ſignat. iuxta il
lud Ezech. iij. Ecce dedi frõ
tẽ tuã duriorẽ frõtib⁹ eorum
Uñ in trib⁹ ſacris fit triplex
vnctõ ſancti chryſmatis. ſed
tñ diuerſificant ex fine. q̃a in
baptiſmo vt dictũ eſt fit ĩ ver
tice. ad ſignificãdũ fidẽ ſuſce
ptõeȝ. q: vertex eſt loc⁹ rõna
lis. In ꝯfirmatõe in frõte fit
vnctio. ad ſignificãdã auda
ciã ꝯfeſſiõis. cui⁹ ĩpedimẽtũ
ſcȝ timor vl' verecundia ĩ pallo
re vl' rubore frõtis oſtẽdit ex
ppinquitate cellule memora
tiue ⁊ imagĩatiue. In ordine
v'bo in manib⁹ fit vnctio. ad ſi
gnificãdũ ptãtẽ ꝯſecrãdi cor
pus dñicũ. Hec Petr⁹. Aliã
rõem ponit canõ dicẽs Spi
ritusſanct⁹ ĩ baptiſmo tribu
it plenitudinẽ ad innocẽtiã. ĩ
ꝯfirmatiõe augmẽtũ ad grãȝ
pſtat. In baptiſmo regenera
mur ad vitã. p⁹ baptiſmũ cõ
firmamur ad pugnã. In ba
ptiſmo abluimur. p⁹ baptiſ
mũ roboramur. Regeneratõ
per ſe ſaluat. confirmatio ar
mat ⁊ inſtruit ad agones hu
ius mũdi et plia de ꝯſe. di. v.
ſpũſſctũs. His omnib⁹ con
ſonãs Raban⁹ de inſtitutiõe
cle. li. i. c. xxx. dicit. Signat ĩ
baptiſmo baptizat⁹ cũ chryſ
mate ĩ capitis ſũmitate. id ẽ ĩ
vertice p ſacerdotẽ ſimplicẽ.
p pontificẽ v'o ĩ fronte. vt in
priori vnctõe. ſ. ĩ ſummitate ca
pitis ĩ baptiſmo ſignificetur
ſup ipm ſpũſſcti deſcenſio ad
inhabitatõeȝ ded ꝯſecrãdã. ĩ
ſcđa q̃ȝ. ſ. ĩ ꝯfirmatõe. vt eiuſ
dem ſpũſſcti ſeptiformis grã
cũ omĩ plẽitudĩe ſctitatꝭ. ſcie
v'tutis et veritatis venire in
hoĩem declaret. Habent iſta
v'ba de ꝯſe. diſt. v. nouiſſime
Dat aũt hec grã ñ ſolũ ꝯmu
niter ſicut in alijs ſacramen
tis. ſȝ etiã ſpecialit. p quã q̃s

deputatꝰ ad effectū ſanctitatꝭ
ꝛ idoneꝰ efficitꝰ ad chriſtū cō
fitendū. Et hec ē maxima vti
litas. Vñ h̄ debet pēſare ho
mies. ꝛ iſtud ſacramentū nō
obmittere. nā obmiſſio ipſiꝰ
augmētū gratie ſubtrahit

¶ De accidētibꝫ circa ſacra
mētū ꝯfirmatōis.

Conſequē
ter vidēdū eſt de acci
dētibꝫ huiꝰ ſacramē
ti. q̄ ſunt quattuoꝛ. Primo ꝙ
iſtud ſacr̄m eſt ꝯferēdū a ieiu
no epō. vt dicit canō de cōſe.
diſt. v. vt epiſcopi. Hoc autē
eſt ꝑpter venerabilitatē huiꝰ
ſacramēti. quia venerabilius
eſt vt a ieiuno conferatur. In
neceſſitate tñ cōferꝰ poſt pꝛā
diū. p̄ſertim qñ ē multitudo
cōfirmādoꝝ. que añ pꝛādiuꝫ
cōmode expediri non poteſt
Vel quādo aliq̄ veniūt ꝺ lō
ginquo. nō volentes expecta
re in craſtinū. Vel quādo epi
ſcopus nō poteſt expectare ī
craſtinum. Unde melius eſt
vt tunc confirmētur. ꝗꝫ ſi epi
ſcopo recedente ſic dimitterē
tur. Secundo ꝙ iſtud ſacra
mentuꝫ ſit a ieiunis homini
bus ſumēdum pꝛopter reue
rentiā et honeſtatē huius ſa
cramenti. vt dicitur in ca. vt
ieiuni. ꝺ conſecra. diſt. v. Ta
men vt dictum eſt. in neceſſi
tate etiam poſt pꝛādium po
teſt ſuſcipi. Tercio ꝙ in ſuſce
ptione huiꝰ ſacramenti debet
alter confirmatus tenere con
firmādum. eo ꝙ ille qui acce
dit ad illud ſacramētum non
habet robur per ſe ſtandi. nec
pꝛeſumit per ſe ſtare niſi adiu
tus ab alio. Licet autē de ra
tione huius ſacramenti con
firmatus debeat eſſe qui illuꝫ
debet tenere. tamen ſi non eſt
cōfirmatus. pꝛopter hoc nō
eſt minutum hoc ſacramen
tum. licet grauiter peccet. de
conſecra. diſtin. v. nouiſſime
Quarto requiritꝰ ꝙ locus vn
ctiōis ligetur panno quouſ
ꝗꝫ ſiccetur. ꝛ poſtmodū etiaꝫ
ſ̄m Hugonem debet homo
eſſe ſub quadā diſciplīa ī cu
ſtodiendo chryſma. ſcꝫ ne ca
put lauet vſꝗꝫ ad ſeptem di
es. pꝛopter ſeptem dona ſpi
ritus ſancti que tunc recipit.
Hoc tamen hodie non bene
ſeruatur. Bonum tamē eſſet
ſeruare pꝛopter reuerentiam
ſacramenti et ſignificatiōem
pꝛedictam. Cōſuetudo auteꝫ
noſtra eſt ꝙ ligatura illa por
tetur vſꝗꝫ ad tercium diem.

⁊ tūc tercia die ꝯburet̃ panniculus. ⁊ locus frōtis bene cū ſale et aq̄ lauet̃. ⁊ aq̄ in focum vel in fornacē fundatur.

¶ Cautele huius ſacramēti.

Primo caueat ſacerdos ne aliquē ꝑius ꝯfirmatuꝫ ꝯfirmet. quia hoc ſacramentū ē irreiterabile. cuꝫ imꝑmat characterē indelibilē ſicut ⁊ baptiſm⁹. Et etiā qꝛ magnā iniuriā faceret ſacramēto q̄ iſtō reiteraret. cū ꝑ hoc ꝓma ꝯfirmatio iudicat̃ nihil eſſe. Secūdo caueat ꝯfirmandus ne bis ꝓcurare ſcienter ſe faciat. Nā tal' ꝑ pnīa debet ingredi monaſteriū. et ibi ſub habitu regulari deo famulari. vt dicitur d ꝯſe. di. v. dictū ē nobis. Tercio caueat ne vxor teneat in ꝯfirmatōe virū vl' maritū ſuū. vl' ecōuerſo ꝑpt ꝯtrahēdā cognatiōem ſpiritualē. q̄ impedit mr̃imoniū ꝯtrahēdū et ꝯiugalē actū. Nā tales debēt abſtinere abinuiceꝫ vſq ad mortē ipſoꝝ. et ſic ſeparī debēt a thoro. licꝫ nō abſoluant̃ a vinculo mr̃imonij vſq ad mortē. ¶ Sil'r caueat ne q̄s filiū ꝓpriū teneat. quia etiā ꝯhit̃ cognatio ſpūal' iter ꝯiuges. nō tn̄ mr̃imoniū dirimēs. ſꝫ tn̄ grauiter puniūt̃ coniuges. ¶ Sil'r caueat ne ſoror fratrē vel ecōuerſo teneat. q̄a ſufficit inter tales vinculū cognatiōis carnal'. Si tn̄ fieret nihil impedit. ſed tn̄ honeſti⁹ eſt abſtinere. Nā turpe eſt audire ſi frater vocaret ſororē in hoc caſu ꝯmatrē vel ecōuerſo. Alij tn̄ cognati. vt patrueles fratrueles auunculi patrini ⁊c̄. bn̄ pn̄t tenere cōfirmandos nepotes et alios. ¶ Quarto caueat ꝯfirmād⁹ vt nō accedat iſtud ſacramentū niſi ꝯfeſſus. ſi eſt ꝯſci⁹ alicui⁹ mortal' peccati. ne ponat obicē gr̃e quaꝫ ſuſcepturus ē i hoc ſacramēto Quantuꝫ tn̄ eſt ex vi ſacramēti. ſuſcipit ipſum ſacramentū. nō tn̄ eſſe ſacramenti. ſ. gratiā.

¶ De ſacramento euchariſtie.

Accipite ⁊ comedite Mat. xxvi et de ꝯſe. di. ij. panis Quia ſuſcitati a peccatis per baptiſmū. et ꝯfirmati in gr̃a ꝑ ꝯfirmatiōem. ne laborātes in via pn̄tis vite i certamine ſpūali deficiāt. op⁹ eīn habēt refici cibo ſpirituali. aliodn

ſaluatore teſtante. Si dimiſſi ieiuni fuerint deficiēt i via Mat. xv. Ideo poſt duo ſacramēta ſeqꝛ terciū. ſ. venerabilis eucharistia. quod eſt cibus aiaꝝ noſtraꝝ. iuxta illud Joh. vi. Niſi mādncaueritis carnē ꝛc. Ne igitur omittatur ſed freqnti⁹ ſumatur a fidelibꝫ. hortatur ſaluator in ꝟbis pmiſſis dicēs. Accipite ꝛ comedite. Et rect⁹ ordo ē vt p⁹ baptiſmū ꝛ p⁹ ꝯfirmationez ſumatur h venerabile ſacramētū ab adultis. Legim⁹ ſiquidē ꝙ ſubmerſis egiptijs i mari rubro. transitoqꝫ mari pdicto filij iſrl nouū paſca i azymo pane fecerūt i deſerto. ſic nos ſubmerſis demonibꝫ in baptiſmo cū peccatis nr̄is i deſerto hui⁹ mūdi paſca nouū i azymis ſinceritatis ꝛ veritatis hui⁹ ſanctiſſimi panis facere debem⁹. ¶ Circa vero hoc ſacramtū excellētiſſimū tria ſunt cōſiderāda. Primo qdez ſubſtantia ipi⁹. Scdo credēda ipi⁹. Tercio cautele ¶ De pmo ſciēdū eſt circa h ſacramētuz ꝙ qttuor ſunt de ſubſtātia ſui neceſſaria. Primū ē ordo ſacerdotalis. Nullus em̄ poteſt h ſacramentū ꝯficere niſi ſacerdos. vnde nc laicus nec angel⁹ bonus poteſt hoc cōficere. Quia nō habet qs ptātez ſup actū conſecratiōis hui⁹ ſacramenti niſi ordinat⁹ in ſacerdotē. nō eniz meritis ſctītatis. ſꝫ autoritate officij ꝛ miſterij ſacerdotalis h ſacrm ꝯficitur. Juxta illd Nō i meritis ꝯſecrantis ſed i verbis cōficit ſacerdos. Ex q patet error illoꝝ qui dicunt ꝙ ſi laic⁹ pferret verba canonis ſup panē triticeū ꝯficeret ſacrm. qd omnino eſt falſum Nec debet quem mouere illa hyſtoria q refertur d quibuſdā paſtoribꝫ laicis. q addiſcētes verba canonis ꝛ ꝯſecratiōis i eccl'ia a ſacerdote tpe ꝯſecratōis plata. ipi etiā venientes ad greges ſuos ſup panē ptulerūt eadem ꝟba. ꝛ ſtatim apparuit puer pulcerrim⁹. Ibi em̄ nō fuit caro xpi ſicut ē in h ſacramēto a ſacerdote cōfecto. ſꝫ ibi fuit miraclōſe ex pmiſſiōe diuia qdam figura ꝛ ſpecies carnis diuit⁹ formata. nec ille puer erat ver⁹ xps de⁹ ꝛ hō habēs aiaz ſic eſt in ſacro iſto p ſacerdotē cōfecto vbi realiter eſt chriſt⁹ cū diuinitate ꝛ hūanitate ꝛ aīa ſua ſicut nūc ē in celo. Nec etiā illa caro illi⁹ pueri adorāda fu

ſit ſicut chriſt⁹. nec ſumēda ꝑ
corpe chriſti ſꝫ ꝑ q̄dā miracu
loſo corpe ⁊ ope diuio vene/
randa ſicut alia miracula di/
uina. Sic etiā dicim⁹ de ſan
guine illo q̄ dicit͛ exiuiſſe de
imagine lignea paſſiōis xp̄i.
quā cū q̄dam iudei i cellario
ꝯfodiſſent i ꝯtūeliā xp̄i ſubi/
to emanauit q̄dā humor ſan
guine⁹ i maxia q̄ntitate. quo
viſo iudei illi fuer̄t ꝯuerſi. Il
le em̄ humor nō fuit ſanguis
xp̄i ver⁹ ſic ē in h̄ ſacr̄o. nᶜ di/
gn⁹ tali adoratōe ſic̄ q̄ ē in ca/
lice. ſꝫ mō ſuo venerād⁹ tāq̄
miracl'oſuꝫ op⁹ dei. Et de ta/
li humore ſanguineo collecto
i loco p̄dicti cellarij fuit ꝑ di
uerſas ꝑtes mūdi diſtributū
Et q̄ ꝓuenerat error fideliuꝫ
q̄ putātes verꝫ chriſti ſangui
nē eſſe adorabāt eū adoratōe
latrie. ⁊ ſic idolatrabant. imo
dato q̄ fuiſſet verus ſanguis
xp̄i ſub cruce xp̄i collect⁹. ad
huc min⁹ eſſꝫ adorād⁹ q̄ iſte
q̄ eſt in calice ꝑ ſacerdotē con
ſecrat⁹. Rō h⁹ eſt. q̄ꝛ ille diui/
ſus ē a diuinitate q̄ꝫcito deflu/
xit ad terrā de xp̄o. nᶜ potuit
dici fili⁹ dei ampli⁹ niſi chri
ſto reunitus et reintegratus.
Iſte aūt q̄ ē i calice ꝯiunct⁹ ē
diuinitati. q̄ꝛ ꝺ ipo ſanguie ve/
rū eſt dicere. Hic eſt ver⁹ fili⁹
dei. Q̄ū ibi rōe ꝯcomitātie ſit
etiā vera caro xp̄i ⁊ aīa ei⁹ ⁊
diuinitas Archid. de ꝯſe. di. ij.
q̄ mādu cāt. tenet q̄ nō remā/
ſit aliq̄s ſāguis ſub cruce do
mini. nec etiā ꝺ carne p̄pucij
ſic rome mōſtrat͛ ⁊ in bildeſ/
heym. ſꝫ erronee. q̄ꝛ tūc habu
iſſet duo p̄pucia. qꝺ tn̄ ē falſū
⁊ n̄ tenēdū. Magne itaq̄ꝫ di/
gnitatis ſunt ſacerdotes q̄ h̄
pn̄t qꝺ null⁹ citra deū facere
pōt. Sed ꝓch dolor dignita
tē ſuā mīme attendūt. nulli⁹
pene reputantes eſtimatōis.
¶ Scdm qꝺ eſt de ſubſtan/
tia hui⁹ ſacramenti eſt mate/
ria debita. ſ. panis tritice⁹ Et
h̄ ideo. q̄ꝛ dn̄s ſe grano triti/
ci cōparauit Joh. xij. Tū eti
am q̄ꝛ xp̄s credit͛ ſic ꝯſecraſſe
Uinū vitis eſt materia debi
ta ⁊ neceſſaria. q̄ꝛ chriſt⁹ ſe vi/
ti ꝯꝑauit Joh. xv. Iſta autē
duo. ſ. panis ⁊ vinuꝫ ita ſunt
ꝯiuncta in ꝯſecratōe vt neq̄/
q̄ꝫ vnū ſine alio debet cōſecra
ri aut a celebrāte ſuſcipi. Ju/
xta illud Gelaſij. Sacerdos
corp⁹ chriſti ſine eius ſangui/
ne nunq̄ꝫ debet ſuſcipe. aut ei
integre ſumat. aut ab integrꝭ
abſtineat. q̄ꝛ vni⁹ eiuſdemq̄ꝫ
myſterij diuiſio ſine grādi ſa/

crilegio non pōt puenire. de
ↄſe. di. ij. Comperim⁹. Non
putet tñ q̃s ex h̄ ꝙ ſacerdos
q̄ntum eſt de ratiōe ſacramēti
nō poſſet ↄſecrare hoſtiā ꝑ ſe
ſine calicis cōſecratiōe. qꝛ for
ma conſecratiōis panis ꝛ ca
licis nō ſe expectant. qꝛ altera
ſine altera totum effectū opa
tur q̄ncito ꝓfert. Sꝫ tñ dico
ꝙ hoc ſacerdos nō p̄t facere
ſine graui peccato. Addēda
eſt etiaꝫ vino modica aq̄ que
ſignificat ↄiūctionem popu
li ad chriſtū in hoc ſacramen
to. Et licꝫ ſine aqua ī ſolo vi
no poteſt confici. nō tamē ſi
ne graui peccato. E conuerſo
vero ſine vino in ſola aq̄ nihil
conficit. ꝛ h̄ tunc grauius eſt
peccatū q̄ꝫ p̄mū ꝓpter idola
triā quā cōmittit ppl's tꝑe ce
lebratōis ꝛ eleuatiōis. quoꝝ
oīm eſt re⁹ celebrās. ¶ Terci
um qd̄ eſt de ſubſtātia hui⁹ ſa
cramenti ē debita forma ver
boꝝ que eſt hec ſuꝑ hoſtiam
Hoc eſt em̄ corpus meū. Et
ſuꝑ ſanguinē. Hic eſt em̄ ca
lix ſanguis mei noui ꝛ eterni
teſtamenti. myſterium fidei.
q̄ ꝓ vobis ꝛ ꝓ multis effun
det in remiſſionē peccatorū.
¶ Circa qd̄ ſciēdū eſt ꝙ licꝫ il
la ↄiunctio enim poſita ī am

babꝰ formis nō ſit de ſubſtā
tia forme ſimpl'r neceſſaria.
debꝫ tñ apponi ſm vſum ec
cleſie. qui vſus a beato petro
initiuꝫ ſumpſit. ꝛ grauit' pec
cant omittentes eā. Q, auteꝫ
p̄mittit'. accipite ꝛ manduca
te ex hoc oēs. ꝑtinet ad vſum
ſacramenti. et non eſt de ſub
ſtantia forme. ¶ Sed ſi que
ritur quomodo iſta locutio
eſt vera cum ſacerdos dicit.
Hoc eſt enim corpus meuꝫ.
Hoc em̄ videt' falſum ſi ex ꝑ
ſona ſacerdotis illa verba di
cant'. cum ſacerdos nō inten
dat ↄficere ibi ſuum ꝓprium
corpus ſꝫ xp̄i. Ad h̄ reſpōde
tur breuit' ꝙ iſta verba ſacer
dos nō ꝓfert ex pſona ſua ſꝫ
xp̄i. Demōſtrat aūt illd̄ ꝓno
men hoc verum corpus chri
ſti in ordine ad totaꝫ compo
ſitionē huius forme. Hoc eſt
enim corpus meū. Non ꝙ ꝓ
lato iſto ſolū pronomine hoc
ſtatim ſit corpus chriſti. ſꝫ ꝓ
lata tota forma a chriſto inſti
tuta. qꝛ in vltima ꝓlatiōe iſto
rum verboꝝ fit trāſſubſtanti
atio ad quā ordinant' p̄ceden
tia. Et pro iſto vlterius ſcien
dum eſt ꝙ ſm btm̄ Tho. ſuꝑ
quarto di. viij. q. v. ar. ij. For
ma hui⁹ ſacramenti differt a

formis alioꝝ ſacramentoꝝ i duob9. Primo qꝛ forma alioꝝ īportat vſum materie. forma aūt iſti9 importat ꝯſecrationē tm̄. q̄ ꝯſiſtit in trāſſubſtantiatōe materie. Vn̄ miniſter vl' ſacerdos in ꝯficiēdo h̄ ſacramētū nō hab3 aliū actū niſi ꝓlatōe3 ꝟboꝝ ex perſona chriſti. Secūdo quia alioꝝ ſacramentoꝝ forme ex pſona miniſtri ꝓferunt̄. forma autē iſtius ſacri a miniſtro in perſona ꝓfert̄ chriſti. Ad intelligendū aūt quodlibet verbu3 poſitum in hac forma eſt ſciēdu3 ꝙ hec forma ē ſufficiētiſſima. Pr̄io q̄ꝝtū ad opatiua3 potētiā. qꝛ cū factō habeat ſuam ꝯpletōe3. iō ꝯueniēter ponit̄ iſtō ꝓnomē h̄ demōſtrās panē qui ē tranſſubſtātiatus in panē chriſti. ꝛ eſt idem cu3 corpe chriſti. Scd̄o eſt ſufficiens q̄ꝝtū ad modū opandi qꝛ hic termin9 ad quē eſt ſine om̄i immutatōe ex parte ſui. Jō bn̄ ponit̄ ly eſt deſignanſ pmanentiā. ꝛ nō ponit̄ ꝟbu3 fiendi. ſ. erit deſignās mutationem. Tercio ē ſufficiens ex pte opis. qꝛ hic corp9 xp̄i verū deſig̅t corpus chriſti myſticū qd̄ habet diuerſas ptes ꝛ forte diuerſaꝝ rōnū propt̄ differentē grām gratis datā. Jdeo meli9 dicit̄ corp9 q̄ꝝ caro. Quarto ē ſufficiēs ex parte opant̄. Vn̄ qꝛ corp9 xp̄i n̄ tm̄ ſignat corp9 xp̄i verū. ſed etiā ſignificat corp9 xp̄i myſticū. ꝛ cū h̄ nō poſſit facere ſm̄ ſe ſ3 inq̄ꝝtū ē vnū vl' vnitū cū diuīitate. iō cōgrue ponit̄ ibi ly meū. Quito eſt ſufficiēs ex pte effect9 ꝓncipꝗ. vn̄ qꝛ iſte effect9. ſ. corp9 xp̄i ē tāte nobilitatis ꝙ nō fit in ſacramento niſi a deo īmediate. nec miſter h3 aliquē actū ſpecialē in iſto ſacramēto ſicut ī alijs. iō ꝯueniēter factū eſt ꝙ iſta forma nō ꝓfert̄ in pſona alicui9 ſed dei abſolute. ſicut vox hominis ꝑ tubam. ita dei ꝑ hominē. Quartū qd̄ ē de ſubſtantia hui9 ſacramēti eſt intentio ꝯſecrantis. ſ. vt in ſpeciali vl' ī generali h̄ facere velit qd̄ facit eccl'ia. vl' qd̄ fecit chriſtus ꝛ ſtatuit faciendum Licet tamē intentio ſemꝑ eſt neceſſaria de ſubſtantia. non tamē attentio. vnde ſi mens rapitur ad alia ex infirmitate vel negligētia vel incuria. nō ideo eſt minus conſecratū q̄ꝝ ſi affuiſſet attētio. Peccat tamen ille qui conſecrat ꝛ non intelligit. et ſe non recolligit

quāto attētius poteſt ad con ſecrationē. Nam debet attēt⁹ eſſe ad h vt ꝯſideret q̄d facit. ⁊ tūc maxime qn̄ plures hoſtias cōſecrat ꝑ cōmunicāti bus. vnde deb; habere reſpe ctū ſpecialē ad alias hoſtias omnes que ſunt corā eo. al's em̄ ſi haberet generalē intētō nē ad oēs hoſtias q̄ ſunt ī al tari. ſtaret qn̄ꝙ ꝙ etiā illas q̄ ſunt in pixide reſidue cōſecra ret ſ̄m quoſdā. Mihi aūt nō apparet hoc. q: exquo non in tēdit ꝯſecrare alias niſi q̄ ſūt corā ipō de ꝓpiquo cumula te ad vnū locū q̄ntūcunꝙ ge neraliter intendat ſuꝑ eas nō ꝯſecrabit niſi illas. Similit̄ dico ꝙ ſi hoſtia aliqua iace ret ſub palla nō cōſecrata. ab ſconſa in tp̄e cōſecratiōis for te ꝑ obliuionē clerici dimiſſa exquo ſacerdos de ea nō intē dit nō eſt conſecrata. Secus dico ſi habet intētōe; ad oēs que ſunt ante eū. tunc ⁊ illam hoſtiā abſconſam cōſecrabit Tamē dicit Johānes caldi nenſis in ſupplicatiōib⁹ ſuis de officio ordiarij. Si ſacer dos. ꝙ ſi ſacerdos credēs po nere. xvi. hoſtias ponit. x. ſi in intentione ſua eſt tantū conſe crare quātū habet ante ſe oēs ſunt conſecrate. Et ideo dicē dū eſt ꝙ ſufficit ſacerdoti ha bere intentō; determinatā fa ciendi vt facit eccleſia ſuꝑ to tam materia; preordinatā ſi ne ſpecificatiōe nūeri ſ̄m ma giſtrū Franciſcū de braga in quadam queſtiōe diſputata. Idem dico de vino perfuſo ſuper altari per negligentia; perfuſionis tēpore ī calicem. quia illud nō conſecrat̄ dum ſacerdos nō intēdat ſuꝑ illō. Et ideo dixi ꝙ maxime req̄ ritur intentio ſuꝑ illa que ſūt coram ſacerdote poſita in ta li loco tm̄ ⁊ non in alio. Ex il lo ſoluit̄ dubiū an ſciſmatic⁹ vl' hereticus conficiat hoc ſa cramentū. Pat; em̄ ꝙ ſic cu; talis poteſt habere intentōe; eccleſie in conficiendo. ⁊ hoc maxime vniuerſalem. ſc; intē dendo facere quod chriſt⁹ fec̄ ⁊ inſtituit faciendum. ⁊ qd̄ ec cleſia facit. licet etia; nō inten dat in ſpeciali. quia exquo eſt in hereſi vl' in ſciſmate ipē cer tus eſt ⁊ credit nil valere vel facere propter peccatū ī quo eſt. nec obſtat capl'm ſciſma. xxiiij. q. i. vbi dr̄. ꝙ ſciſmati cus execrare pōt. non autem conſecrare. quod intelligitur q̄ntu; ad efficaciā ſacramēti.

qꝛ nõ opaṫ effectũ ſalutis i il
lo ſic ꝯſecrãte illã vel ꝯficien
te ꝑpter ſciſma vel hereſim. ſꝫ
tñ eſt veꝝ corpꝰ xp̄i. Siľr eti
am illð intelligiť. ſ. vbi dicıť.
Nõ ē corpꝰ xp̄i qð ſciſmaticꝰ
ꝯficit. id eſt ꝙ nõ eſt verũ cor
pus xp̄i q̃tũ ad ꝯficiētē i ſciſ
mate vel hereſi. qꝛ ſibi ñ ꝓfic̄
ſꝫ officit. i. nocet. Nihilominꝰ
tñ q̃tũ eſt ad ṽitatē ſacramē
ti eſt veꝝ corpꝰ xp̄i. Siľiter i
c. audiuimꝰ. vbi dicıť ꝙ ſciſ
maticꝰ execrare põt nõ autem
ꝯſecrare itelligiť vt dictũ eſt.
Unde ptꝫ illos indiſcrete fa
cere q̄ ſacr̄m per rutenos aut
grecos ꝯfectũ in forma eccl̄e
blaſphemãt ⁊ deridēt cũ ibi
ſit veꝝ corpꝰ xp̄i. Conſultiuſ
tñ iſti facerent vt illuc nõ itra
rent nec inſpicerēt in ipoꝝ ec
cleſias q̃ꝫ vt veniētes illuc de
rideãt. Cõcludēdo ğ dico ꝙ
ad h̄ ſacramētũ ꝯficiēduꝫ ſuf
ficit triplex ꝯditio ex pte ꝯfi
ciētis. Primo ꝙ ſit ſacerdos
rite ordinatus. Scðo ꝙ poſ
ſit verba proferre ꝯſecratõis.
Tercio ꝙ poſſit habere debi
tam intentõem faciēdi quod
facit eccleſia. Propter ðfectũ
prime conditõnis nullus lai
cus quantũcũq; ſanctus nͨ
ſacerdos gentilis vt tartaro
rũ ꝯficiunt. qꝛ nõ ſunt rite in
forma eccl̄ie ordinati. Pro
pter defectũ ſecũde ꝯditionis
mutus nõ p̄t ꝯficere. quia nõ
poteſt verba ꝯſecratõis ꝓfer
re. Propter defectũ tercie cõ
ditõis carēs vſu rõnis ⁊ ebri
oſus nondũ digeſtus nõ poſ
ſunt ꝯficere. cũ nõ habeãt in
tentionē debitã. Sed prima
ꝯditio eſt ꝓpria. qꝛ ſolꝰ ſacer
dos ⁊ quilibet p̄t cui poſſunt
ꝯpetere iſte ꝯditiones. ſ. pla
tio et intentio. Nec obſtat ſi
inſtatur de degradato ꝙ non
ſit ſacerdos. qð tamen nõ eſt
veꝝ. quia characterē ſacerdo
talē ſibi ſemel in ordinibꝫ ſu
ſceptis collatũ nullus poteſt
delere. Quãuis taliter degra
datus ꝑdat priuilegiũ cleri
cale. ⁊ tradiť curie ſeculari. ta
men ſi celebraret cõficeret. qꝛ
autoritas ſubſtãtifica nõ eſt
ſibi ablata q̃tum ad veritatē
ſacramenti. ſed tm̄ q̃tũ ad ex
ecutõeꝫ legitimã qua caret q̄
ad ſe ⁊ ad alios ⁊ quo ad to
tam eccleſiam. Quãdo auteꝫ
dicıť ꝙ ſciſmaticꝰ. excõmuni
catus. hereticꝰ ⁊ degradatus
nõ ꝯficiant. intelligenduꝫ eſt
ꝙ nõ conficiũt rite et ordina
te nec legitime q̃tum ad effi
caciam ſacramenti. vt ſcilicet

ſit vtilis illa confectio ad ſa-
lutem eis. ſed tamen ꝯficiunt
quantū ad veritatē ſacramē-
ti. Et hoc catholice ſentiēdū
eſt de iſto ſacramēto omiſſis
opinionibꝰ multorum. Et ſi
quis cōtra predicta obijciat
magiſtrū ſententiarū. lib. iiij.
di. viij. vbi dicit tales n̄ poſ-
ſe conficere. Salua pace ma
giſtri dico ꝙ in hoc nō teneť
Tamen propter ſui reueren-
tiā vt eius dictū potius va
leat q̄ꝫ pereat. intelligendum
eſt ꝙ tales nō poſſunt ꝯficere
de iure ꝛ ſine peccato ſeu ordi
nate. ſed de facto bene poſſūt
Nec moueat aliquem ratio
magiſtri ibi poſita per quam
dicit ideo nō poſſe predictoſ
ꝯficere. quia nemo in iſta con
ſecratiōe dicit Offero. ſed of-
ferimꝰ hoc ſacrificiū. Nemo
igitur niſi fuerit mēbrum ec-
cleſie poteſt dicere cum alijs
offerimus quaſi eſſet vna de
perſonis eccleſie. Unde cum
heretici ꝛ ſciſmatici non ſint
membra eccleſie non poſſunt
dicere offerimus. ergo nᶜ cō-
ficere. Ad qđ dicimus ꝙ ob
latio nō pertinet ad rationē
ꝯſecrationis. vnde non neceſ
ſario requiritur vt offeratur.
Ita ſoluit doctor ſubtilis ſu
per. iiij. diſt. viij. q. ij. et Tho-
mas eadem diſtin. q. i. ar. i. iij
ꝛ. iiij.

¶ De credendis circa hoc ſa
cramentum.

Ante oīa
credendū eſt ꝙ in
h̄ ſacramento idē
chriſtꝰ q̄ de virgine natus eſt
ꝛ ꝓ nobis paſſus eſt contine
tur. Et ſicut ibi verꝰ eſt xp̄us
ita etiam eſt ibi ſub vna q̄nti-
tate ſed nō quantificatiue. h̄
eſt tātū dicere ꝙ nō vtitur illa
quantitate occupando locū.
Sic etiam nō vtitur clarita
te ſua illuminando aerem.

¶ Secūdo credendū ē ꝙ cor
pus chriſti poteſt eſſe in plu-
ribꝰ locis quātūcunqꝫ plureſ
panes trāſſubſtantianť i ipꝫ.
Unde in celo eſt localiter. in
verbo diuīo ꝑſonaliter. in al-
tari ſacramētaliter. Scdꝫ na
turale eiꝰ eſſe eſt i celo in vno
tm̄ loco. ſm eſſe ſacramenta-
le eius pōt eſſe in diuerſ locſ.
Eſt g̊ hic ſm ꝙ multa in ipꝫ
trāſmutari poſſunt. Sꝫ ſm
eſſe perſonale non eſt in loco.
Unde dicit Petrus de tha-
ranthaſia. ſcd̄m ꝙ vnum eſt
ꝛ indiuiduum in ſe. non po-
teſt eſſe niſi in vno loco. ſicut

nec angelꝰ nec aliud corpꝰ ſed
ſm ꝙ in ipƷ multa trāſmuta-
ri pn̄t indiuidua. ſic pt eſſe in
diuerſis locis. di. x. q. iij. ar. ij.
ſup. iiij. ſniaꝝ. ¶ Tercio cre-
dendū eſt ſm Thomā ꝙ cuƷ
corpus chriſti apparet in ſpe
cie carnis vl' pueri. vtruƷ ibi
appareat veꝝ corpus chriſti
vl' an ille ſpecies ſint ꝓpe cor
pis chriſti nō oīno dēmina-
tū eſt a doctoribꝫ. Tamen ſe-
cure dicit ꝙ ille dimenſiones
panis manēt. ⁊ in eis alia ac-
cidentia ſenſibilia ſupducūt
diuīa ꝟtute que ſpeciē carnis
pretendāt ſicut accidentia q̄
prius erant pretēdebant ſpe-
ciē panis. Quādo tn̄ appare
ret ſub forma carnis vel pue-
ri nō dƷ ſumi ſƷ ꝑ reliquijs ſ-
uari. ¶ Quarto credendū eſt
ꝙ illa accidētia manēt ſine ſb
iecto poſt ꝯſecratiōem virtu
te diuīa. retinēt tn̄ ibi moduƷ
agendi vel patiendi in corpo
re chriſti que ꝑus habuerūt.
¶ Quito credendū ē ꝙ facta
conſecratōe vlteriꝰ nō manet
ī hoſtia ꝯſecrata ſubſtātia pa
nis. nec ī vino ſubſtātia vini
ſed ſtatim corpus xp̄i fit ī ho
ſtia. ⁊ ſanguis chriſti ī calice.
Et rō ſm btm̄ tho. eſt. q2 op-
poſitū huiꝰ dicere repugnat
ꝟbis chriſti. nō em̄ eſſet verū
dicere. Hoc eſt em̄ corpꝰ me-
um. ſƷ hic eſt corpꝰ meū. IteƷ
ſi remaneret ſubſtātia panis
tolleret reuerētia xp̄o debita
vt ꝯtinet in hoſtia. NaƷ xp̄o
vt ꝯtinet in hoſtia debet cul-
tꝰ latrie. ſƷ ſi ibi maneret ſub-
ſtātia panis nō deberet talis
cultꝰ latrie exhiberi ꝓpt ido-
latriā adorādo creaturaƷ. Et
licƷ mlti doctores huic ꝯtra-
dicāt ſnie. iaƷ tn̄ ꝑ catholica
cōcluſa eſt ſub alexādro quar
to papa ⁊ martino quinto.
¶ Sexto credēdū ē ꝙ fractio
q̄ fit in hoſtia nō fit in corpe
chriſti ſƷ tm̄ ī ſpeciebꝫ hoſtie.
vnde ibi accidētia manentia
ſine ſubiecto dicūtur frangi.
ſm Pe. di. xij. ar. pricipali. q.
i. q2 als fractio eſt quedā di-
uiſio. diuiſio vero eſt paſſio
quanti vt quantū. In ſacra-
mento ꝟo aliqͩ eſt quantum
ꝑ modū q̄nti vt ſpēs. aliqͩ ē
q̄ntū ſƷ nō ꝑ modū quāti. vt
corpus chriſti. Ideo dicēdū
eſt ꝙ fractio vel diuiſio fit in
ſpeciebꝫ et nō in corpe chriſti
¶ Septio credēdū ē ꝙ cor-
pꝰ xp̄i in hoc ſacro ꝓpe nō vi-
det nec ſanguis corpal'. Ra-
tio gre. q2 tunc ibi nō eſſƷ ali-
ud viſum ⁊ aliō creditū. Itē

alia ratio natural'. q2 nullum
corpꝰ videri pt niſi habeat ac
cidẽtia i eſſentia. vl' niſi ſit co
loratũ formalit'. vt ptꝫ de pa/
riete. ſꝫ color albꝰ nõ ẽ i hoſtia
formal'r. g° nõ pt videri ꝓprie
Nec tñ errant laici q dicũt ſe
videre corpus xpi. ſicut illi ñ
errauerũt q dicebãt ſe videre
angelos in aſſũpto corpe q̃s
tamẽ nõ viderũt inquãtũ fu/
erunt ſpũs. Et ſil'e eſt d hoĩe
armato queꝫ dicis te videre.
cũ tamẽ nec faciẽ nec mẽbrũ
aliqd nudũ eiꝰ videas. imo
vt dic Uarro di. x. q. ix. Nul/
la creatura naturali cognitio
ne nec angelꝰ põt cognoſcere ibi
eſſe corpus xpi. Licet tñ viſi
one gl'ioſa ꝛ intellectuali põt
cognoſci. oculus tñ gl'ificatꝰ
illud videre nõ pt corpaliter
ſm Tho. Unde gl'ificati vi/
dent corpus chriſti in ſacra/
mento viſione intellectuali et
nõ corpali. ¶ Octauo credẽ
dum eſt ꝙ in hoſtia ſunt q̃ttu
or. ꝛ quattuor veraciter in ca
lice credenda continent'. Pri
mo em̃ in hoſtia virtute ꝟbo
rũ eſt corpꝰ chriſti. Nõ quia
illud veraciter cõtinet' in ho/
ſtia de quo verba faciũt men
tionẽ. ſed hoc ſolũ eſt de cor/
pore chriſti. quia ibi dicitur.

Hoc eſt em̃ corpus meũ. vbi
nihil dicit' de aĩa nec de deita
te nͨ de ſanguine. Scd'o ibi
eſt ſanguis chriſti nõ princi/
paliter ſed ex cõcomitantia q̃
dam neceſſaria. q2 corpus ve
rum ꝛ viuũ nõ eſt ſine ſangui
ne. Unde dicit' anima eſſe in
ſanguine. Tercio ibi eſt aĩa
chriſti ex ꝯcomitantia media
ta. quia impoſſibile eſt aĩam
informare ꝛ ꝑficere corpꝰ ni/
ſi corpus ſit diſpoſituꝫ. ſed ſi
ne ſanguine nõ eſt ibi corpus
bene diſpoſitũ nec etiaꝫ orga
nizatum. Ibi ex conſequenti
etiam eſt anima. cũ ibi ſit cor
pus diſpoſitum per ſangui/
nem. ꝛ hoc eſt dicere median
te ſanguine. Quarto eſt ibi
deitas ex quadam ꝯcomitã/
tia remota. quia corpus ꝛ dei
tas ſunt diſparia. tamen ex q̃
chriſtus natus fuit ex maria
virgine verus homo et deus
ideo etiam hic eſt verus hõ ꝛ
deus. Similiter dicitur de
calice ꝙ ibi primo ẽ ſanguis
quia de illo verba faciũt men
tionem. Secundo ex conco
mitantia ĩmediata ibi eſt cor
pus chriſti. Tercio ex conco
mitantia mediata ibi eſt ani/
ma chriſti. Quarto ex conco/
mitãtia quadã remota ibi eſt

deitas. ¶ Nono credendū ē
ꝙ in hoc ſacramēto aliquod
eſt ſacramentū ꝛ nō res ſacra
menti. ſicut ſpecies ſenſibilis
panis ꝛ vini. ꝛ ille ſpecies ſūt
creature. Unde adorator vi/
dens hoſtiā nō debet ferre in
tentionē principaliter ad id
quod videt. ſꝫ ad id qđ credit
ibi eſſe. ſ. chriſtū. Secūdo in
uenit ibi ſacramentū ꝛ res ſa
cramenti. ꝛ hoc eſt veruꝫ cor
pus chriſti et ſanguis eius.
Iſta autē dicunt ſacramētū
ꝛ res ſacramenti per reſpectū
ad miniſtrū vel ſacerdotē ſub
debita forma ꝯficiētē. Unde
dicit ſacramentū q̄ſi ſacre rei
ſignū. quia ſignificat ſpūalē
refectōē aīe. Et dr̄ res. quia
hoc ipm̄ facit ꝑ grām qđ cōti
net. Tercio eſt ibi aliqd qđ ē
res ſacramenti ꝛ nō ſacramē
tū. ſicut eſt grā data digne ſu
ſcipiēti. ꝛ hec grā ē res ſigni/
ficata. nihil tamen ſignificati
Quartū ibi eſt qđ nec eſt res
ſacramenti nec ſacramentuꝫ.
vt ſunt illa oīa que ſunt cō/
comitantia hoc ſacramentū.
ſiue ſint accidētia ꝓpria ſiue
cōmunia. Et illa dicunt po/
tius forme accidentales ſiue
ſpecies. ¶ Decimo credēduꝫ
ꝙ licꝫ ſacerdos debeat ſub v/
traqꝫ ſpecie ſumere hoc ſacra
mentū cū celebrat. tamen po
pulo ſufficit ſumere ſub ſpe/
cie panis tm̄. Et ratio eſt. qꝛ
ſm̄ Archidyaconū de conſe.
diſ. ij. Comperimus. in hoc ſa
cramento nō ſolū attenditur
efficacia. ſed etiā ſignificātia.
Significatur eniꝫ per iſtas
duas ſpecies. ſcꝫ corporis et
ſanguinis ſeorſum ſumptas
per ſacerdotē tēpore celebra/
tōnis ꝙ ſanguis chriſti ī cru
ce fuit diuiſus a corpore ſuo.
vt dicit Gorra ſup Matthe
um. Cū autem ſacerdos tm̄
ꝛ non populus habet huius
facti ſignificationē ex ordine
ſuo exprimere. tm̄ ipſe ꝛ non
populus tunc ſub vtraqꝫ ſpe
cie debet ſumere. eo ꝙ ipe tūc
gerit vices chriſti. populꝰ au
tem non. Et ideo populo nō
eſt opus de ſignificātia ſed dē
efficacia. ¶ Et quia efficacia ē
equalis ſub vtraqꝫ ſpecie. idō
populo tradit ſub altera ſpe/
cie in qua tradi poteſt cum
reuerētia ꝛ cautela. A preſby/
teris autem tm̄ ſumitur ſub
vtraqꝫ ſpecie. ¶ Et ꝓ iſto ſci
endum ſm̄ Thomā in tercia
parte. q. lxxxij. arti. vij. ꝛ vlti/
mo. ꝙ circa vſum huiꝰ ſacra/
menti poſſunt duo cōſidera/

ri. vnum ex pte ipi⁹ ſacramen
ti. ⁊ aliud ex parte ipoꝝ ſumē
tiū. Ex pte ipius ſacramenti
ꝯuenit ꝙ vtrūq3 ſumat᷑. ſ. cor
pus ⁊ ſanguis. quia ī vtroq3
ꝯſiſtit ꝑfectio ſacramēti. ⁊ iō
quia ad ſacerdotē ꝑtinet hoc
ſacramentu3 ꝯſiderare et con
ſecrare ⁊ ꝑficere. nullo mō de
bet recipe corpus chriſti ſine
ſanguīe. Ex pte aūt ſumētiū
reqrit᷑ ſūma reuerētia ⁊ caute
la. ne aliquid accidat qđ ver/
gat ī iniuriā tāti myſterij. qđ
ꝑcipue poſſ3 accidere ī ſāgui
nis ſumptōe. q̄ q̄dem ſi īcau
te ſumeret᷑ de facili poſſ3 effū
di. Et q2 creſcēte multitudīe
populi chriſtiani in qua ꝯti/
nēt᷑ ſenes ⁊ iuuenes. q̄ ꝑ q̄da3
nō ſunt tāte diſcretōis vt cau
telā debitā circa vſu3 hui⁹ ſa
cramenti adhiberēt. iō ꝓuide
ordīatū ē vt ppl'o ſub alt'a tm̄
ſpecie det᷑. Hoc idē tenet tho.
ſup illud Ioh. vi. Niſi man/
ducaueritis. dicēs. Nō eſt de
neceſſitate ſalutꝭ ꝑceptio ſan/
guis ſicut corpis xp̄i. cū xp̄s
totus ſub altera ſpecie tm̄ ſu/
mit᷑. In h̄ ip3 ſeq̄t᷑ lyra ibidē
dicēs. Nō eſt intelligendū ꝙ
ſub vtraq3 ſpecie ſit fidelibuſ
exhibendū. ſ3 tm̄ ſacerdotib᷒
ſumendum.

¶ De cautelis ſeruandis cir
ca hoc ſacramētū ex parte ſu
mentium.

Et q2 du/
plex ſtat⁹ vit᷑ h̄ ſa/
cramento ad ſalu/
tē. ſ. ſecl'aris ⁊ ſpūal'. iō quili/
bet h3 ſuas cautelas. Unas
igit᷑ oēs tā ſpēalis cuilib3 eo
rū q̄3 cōis vtriſq3 ſiml'. Et p̄/
mo cauēdum ē oīb᷒ ne ī pctō
mortali ſumāt h̄ ſacrm̄. Na3
ſic peccarent grauit᷑. Iuxta il
lud. i. ad Chorꝫ. xi. Qui autē
māducat indigne iudiciu3 ſi
bi māducat ⁊c̄. Sūt aūt q̄dā
q̄ ſufficiēter ſe ꝑpant ſm veri
tatē. ſ. q̄ expellūt dyabolū de
corde ſuo p verā examinatō3
ꝯſcientie ⁊ per contritiōem ſi
ue iudiciū penitētie. ⁊ hi ꝯſe/
quunt᷑ gratia3 ⁊ manducant
digne. Alij ſunt qui ꝑparant
ſe ſufficiēter. nō tamē ſm ve/
ritatem ſed ſm ꝓbabilitatem
ita ꝙ eſtimant ſe carere pecca
to. q̄ tm̄ ſi facerēt maiorē ꝯſcie
inq̄ſitō3 īuenirēt ſe reos. ſ3 tm̄
ſunt pati. q2 ſi ſcirēt pctm̄ in
ſe vellēt ꝯfiteri. n̄ tm̄ apponūt
ad hoc omnimodā diligenti
am. Et hi q̄uis gratia3 nō ꝑ
cipiant. nō tamen incurrunt
offenſa3. q2 nec ſumūt digne

nec idigne q̃uis ſint idigni. ¶ Tercij ſunt q̃ neutro mõ ſe p̃parant. imo ↄtẽnũt. et hi peccant mortal'r ⁊ ſumũt idigne ¶ Un̄ idigne accedũt triplices hoĩes. Primi q̃ cũ ↄſcia mortalis pcti et ſine ꝓpoſito penitẽdi accedũt. Scd̄i q̃ aliter q̃ȝ eccl'ia ſtatuit accedunt. vel extra eccl'iam. vt ſciſmatici vel heretici. Tercij q̃ ſine reuerentia accedũt. ſicut faciũt multi q̃ p̃munt ſe ad altare. et vnus in aliũ qn̄qȝ ꝓuocatur. Uel vt q̃dã ſacerdotes p̄parantes ſe ad celebrandũ diſtracti accedũt ⁊ feſtinãt. ita q̄ qn̄qȝ obliuiſcũt̄ q̃d faciũt. Et licet q̃s n̄ poſſit habere certitudinẽ an ſit imunis a pctis. pōt tn̄ h̄ ꝓpẽdere p̄ q̄ttuor ſigna. Primũ eſt. cum q̃s verba dei deuote audit Joh. viij. Qui ex deo eſt v̄ba dei audit. Secũdũ cũ q̃s ad bn̄ opanduȝ ꝓmptũ ſe iuenerit. Quia ꝓbatio dilectõis ẽ exhibitio opiſ ſ̄m Gregoriũ. Terciũ cũ q̃s ꝓpoſitũ abſtinẽdi a pctis in futuꝝ habȝ. Quartũ ẽ cũ q̃s de p̄teritis cõmiſſis dolet Un̄ ſi q̃s p̄ hmõi ſigna facta diligenti diſcuſſiõe ſue ↄſcientie q̃uis forte nõ ſufficiẽti ad ſacram cõiõnẽ accedat. aliquo peccato mortali in eo remanente. quod ei⁹ cognitõeȝ ſubterfugiat nõ peccat. imo magis ex vi ſacramenti peccatorum remiſſionẽ cõſeq̄tur. q2 iſtud ſacramentũ venialia delet ⁊ mortalia oblita. ¶ Secũda cautela eſt oĩbꝫ cõmũis ne q̃s pollutus ĩ corp̄e accedat eodẽ die. Et nõ ſolũ req̄ritur mũdicia mentis q̄ ſcȝ ſit ſine pctõ ſȝ etiã corp̄is. Pro q̃ ſciẽdũ q̄ pollutio p̄t ↄtigi ex ſola diſpoſitiõe nature. ⁊ n̄ ex p̄cedẽti cogitatõe. ⁊ tũc nõ eſt ſignũ alicui⁹ pcti ſȝ p̄t ebetudinẽ mẽtis iducere ſi ſiml' cũ imaginatõe cõtingat. immũdiciã tn̄ corp̄is hȝ. Et iõ ſi neceſſitas ĩmineat ⁊ deuotio expoſcat nõ impedit. p̄cipue qn̄ ſine imaginatõe accidit. Tamen ſi ꝓpter reuerẽtiam tunc abſtineat laudãd⁹ ẽ maxime quãdo talis diſpoſitio nature nõ eſt ꝑpetua ſiue diuturna. Scd̄o mõ p̄t contingere ex p̄cedenti cogitatõe tunc ſi nõ fuit ↄſenſus ad cogitatõem. ⁊ neceſſitas vrgeat poteſt accedere ⁊ celebrare. ſi aũt nõ vrgeat neceſſitas accedendo nõ peccat mortalit' ſȝ venialiter. maxime qn̄ cogitatio eſt cũ delectatõe. licet ſine

ꝯſenſu. Dicit tñ btūs Tho.
ꝙ pōt contingere ꝙ in ipa co
gitatiōe pollutio oriať. que ſi
placet ꝑpter delectationē ex
ſurreptōe ē peccatum venia-
le. Si aūt deliberāte cōſenſu
ꝛ pcipue cū ꝯplacētia futura
eſt peccatū mortale. Iſta aūt
cōplacētia nō facit dictā pol
lutiōeꝫ eſſe peccatū. qꝛ nō eſt
eius cauſa ſed i ſe ē peccatuꝫ.
Si aūt placeat vt alleuiatio
nature peccatū eſſe nō crediť
Tercio cōtingit ex cibo ꝛ po
tu. tūc idē eſt iudiciū ſicut de
illa pollutiōe que ꝯtingit cuꝫ
imaginatōe turpi. vt dicit ca
non. vi. di. teſtamētū. vbi di-
ciť. Cū appetitus gule vltra
modū in ſumēdis alimētis ra
pitur. atq; idcirco humoꝝ re
ceptacľa. i. virilia mēbra gra-
uanť. habet exinde anim⁹ ali-
quem reatū. i. veniale pctm̄.
Et hoc nō ꝓhibet ab eucha-
riſtie ſumptiōe ſed a ꝯfectiōe
niſi ſit neceſſitas. Vn̄ ibideꝫ
ſequitur. nō tñ vſq; ad ꝓhibi
tionē ſacri myſterij ꝑcipiēdi.
vľ miſſaꝝ ſolēnia celebrandi
cū fortaſſe aut dies feſtus exi
git. aut exhibere myſteriuꝫ ꝓ
eo ꝙ ali⁹ ſacerdos deſt ipa ne
ceſſitas cōpellit. Hec ibideꝫ.
Et nota ſm Archid. in ca-
none. teſtamētū. di. vi. ꝙ licet
pollutio ex crapula i ſummo
eſt veniale. tamē ipa crapula
pcedēs eſt mortale. Ex q̊ pꝫ
ꝙ licet pollutio ex crapula q̄
eſt vēiale peccatū ꝓhibeat ni
hilominus pter caſum neceſ-
ſitatis a ꝯfectōe. tamen laicū
a ſumptōe nō ꝓhibet. qđ pl⁹
eſt. qꝛ maior mūdicia reqriť i
ſacrificio q̄ꝫ i ſumptōe. Vnđ
Archid. vbi ſupra dicit effi-
cax argumētū ꝙ min⁹ eſt au-
dire diuina q̄ꝫ celebrare. eo ꝙ
ſm Thomā pctōr in morta-
li pctō exiſtens vidēdo corp⁹
chriſti i miſſa nō peccat. licet
tūc debeat hūiliari. Quarto
cōtingit pollutio ex illuſione
dyabolica. de qua dicit Io-
hannes pariſiēſis ſuper. iiij.
ſententiaꝝ. diſt. x. q. ij. ꝙ talis
illuſio habet quandoq; cau-
ſam intrinſecā. ſicut quando
dormiēs nō fecit qđ debuit.
ſcꝫ ſe nō ſignando vel aliquid
aliud. ꝛ ſic eſt peccatū. Aliqn̄
do nō eſt peccatuꝫ. ſ. qn̄ habꝫ
cauſam extrinſecā. ſicut nar-
ratur in vitaſpatrū de quodā
ſancto viro. qui quotiēs cele-
brare volebat ꝓcurabat ei dy
abolus pollutōes. quod pa-
tres ꝑcipientes dederūt ei cō
ſilium ꝙ audacter celebraret

Quocunqȝ tñ modo accidat
ex quadā cōgruētia ſp impe-
dit ſumptōem ſacramēti pro
pter duo. Primo q2 ibi ſemp
accidit feditas corpalis cum
q̄ nulľ ppter reuerētiā ſacra-
mēti dȝ accedere. vñ acceden
tes lauant man⁹ ꝛc. niſi forte
talis eſſet immūdicia q̄ eſſȝ p
petua ꝛ diuturna. vt ſi eſſet le
pra vľ flux⁹ ſanguis vľ ſemi-
nis. Scđo q2 ibi ſeq̄r pollu
tio in euagatiōe mētꝭ ꝑcipue
ex turpi cogitatōe. que etiam
nō ſine culpa ꝯtingit. Tenen
dum tñ eſt ſm Tho. q in oī-
bus iſtis propter neceſſitateȝ
vľ ſolēnitatē diei. vľ vbi vn⁹
eſt ſacerdos tm̄. poſtponēda
eſt talꝭ cōgruentia. ꝛ ꝯmitten
do ſe deo cū dolore ꝛ cordis
compunctōe pmiſſa cōfeſſio
ne ſi haberi poteſt. alꝛ cū bo
no ꝓpoſito confitēdi accedat
in nomine dñi. Dicit etiā do
ctor pariſiēſis vbi ſupra ꝛ cō
cordat cū ſancto Thoma de
menſtruo ꝛ aliȷs immūdicȷs
q q̄ diu durāt erquo ſunt tē-
porales immūdicie ꝛ nō ppe
tue in talibꝫ eſt abſtinendum
ppter reuerentiā ſacramenti.
Si tamē mulier habet deuo
tionē. vel forte poſtea non ha
bebit tpus cōpetens ad h̄ ad
mittatur. ne ſm Gregorium
pena corporalis ei muteť in
culpam. Dicit tñ Gregori⁹ q
ſi mulier eo tpe accedat nō eſt
iudicāda. quia paſſio ſua nō
eſt culpa. Si autē abſtineat
laudāda eſt. v. diſt. ad eiꝰ ve-
ro. Valde igiť eſſent arguen-
di ſacerdotes idiote grauan-
tes tales pſonas grauibꝫ pe-
nitentȷs. eo q ad eccleſiā tē-
pore mēſtrui ingrediunť. aut
ad ſacramentum altaris acce
dunt. Et audiui de q̄dam q
p vna leui pollutiōe cuidam
pie femīe ꝛ multū deuote de-
dit multa pſalteria p peniten
tia comparāda. puto tñ q p
uiderat in hac parte de ſymo
nia ſibi ipi p eandē facienda.
ſed tamē mentita eſt iniq̄tas
ſibi. Illa em̄ ſtatim diſcretio
rem acceſſit qui cū ea melius
ꝛ minus egit. ꝛ ita ille paup
fuit fruſtratus. ꝛ in ſua ſpe ſy
moniaca cōfuſus. ¶ Tercia
cautela q nullus die illo in q̄
cōmunicet debitū petat a cō
iuge. vľ econuerſo vxor a ma
rito. ſm Tho. in. iȷ. parte. q.
lxx. nec etiā nocte ſeq̄nti aut
p̄cedenti. qđ ſi fiat cauſa plis
generāde. vľ cā reddēdi debi
tū. iudicādū eſt ſic de polluti
one nocturnali q̄ accidit non

ſine pctō ꝓpter immūdiciaꝫ corpalem ꝛ mentis diſtractōnē. Uñ in ꝯcilio libertino de ꝯſe.di.ij.c.oīs hō.dicit̄. Ois hō añ ꝯmunionē ſacrā a ꝓpa vxore abſtinere debet tribus aut q̄ttuor aut q̄nq̄ꝫ aut ſeptē diebꝫ. Glo. abſtinere debꝫ q̄ntum in ſe eſt vt nō exigat. exactus tñ reddere debꝫ q̄libet tpe. vt pꝫ.xxxiij.q.v. Si dicat. Dicit tñ glo. ꝙ h̄ nō eſt ꝑceptuꝫ. ꝑ illo notat̄. xxxiij.q.iiij. Uir cū ꝓpa. Johes etiā ī nouella ſua de ꝯſe.eccl'ie vel alta.c.i.li.vi.ſup glo.in.ꝟ. ſeminis.in fine dicit. ꝙ qñ maritus accepit eucharīſtiā nō debꝫ exigere.tenet̄ aūt reddere.de h̄.lxxxij.di.ꝓpoſuiſti. ꝛ xxxiij.q.iiij.chriſtiano. In tali ḡ caſu vt dicit Gre. ſunt homīes ſuo arbitrio ſeu iudicio relinq̄ndi.ꝛ eoꝝ ꝯſcia ē reqrēda cū veniūt ad ꝯfeſſioꝫ. Uñ ſi q̄s voluptate dn̄ante ꝯiugi miſcet̄ ꝓhiberi dꝫ ab h̄ ſacramēto.xxxiij.q.iiij. vir cuꝫ ꝓpa. Albert⁹ aūt dicit ꝙ etiā poſt ſacrā cōionē nō licet illo die debitū exigere.nec exactū reddere niſi cum difficultate. Puto tam̄ ꝙ reddēs illo die debitū nō peccat mortal'r ſꝫ venialiter. Sꝫ diceres.tam̄ Hieronym⁹ in q̄daꝫ ſmone ſil'r ꝓhibꝫ dicēs Quicūq̄ꝫ vxori reddit debitū ñ pt carnes agni edere.xxxiij.q.iiij.ſciat̄. Dico ſm doctorē ſubtileꝫ ꝙ nō pt oīno cū tāta reuerētia. ꝛ ideo ꝯſiliū eſt vt tūc abſtineat.licꝫ nō ſit ꝑceptū neceſſitatis.qꝛ nō video quō ꝓpter h̄ ſolū peccaret mortaliter.qꝛ ꝑcipit corpus chriſti Uñ glo. ſup dicto.c.ſciatis.dicit ꝙ talis nō debet edere de carnibꝫ agni.i.corpe xp̄i ꝓpter reuerētiam ſacri cū cauſa libidinis ꝯmiſcet̄ vxori.al's ꝓo tenet̄ debitū reddere. vt dicit̄. xxxiij. q.v.c.i. Non video q̄re puniretur.cū tm̄ ꝑ mortali abſtinēdū ē a corpe xp̄i. de ꝯſe.di.ij. Quotidie. Ex q̄bꝫ infero. ꝙ dogma beghardoꝝ docēs hominē ꝑ oī tpe q̄ idone⁹ eſt mādúcare ſpūaliter eē idoneum ad mādúcādū ſacramētaliter.totaliter ē peſtifeꝝ ꝛ ſcripturis ſctīs ꝯriū. pꝫ h̄ ex ſupradict̄. Nā multi ſunt ſine mortali peccato q̄ ſūt idonei ad mādúcādū ſpūaliter cum ſint in gr̄a.et tñ ꝓpt̄ reuerētiam ſacri nō ſūt idonei ad mādúcandū ſacramentaliter. ſicut patet de cōiugibꝫ actualiter cōmiſcentibꝫ.vt dictū eſt.

Item apparet ex his q̄tus
error ē dicere q̄ hō ex reueren
tia nō debȝ moueri ad abſti-
nentiā. imo magis ad ſacram̄
taliter pcipiēdū. Silr dicere
q̄ virgīes ⁊ vidue deuote ne
gocia ſeculi abdicātes ſi ſe in
defectib⁹ ⁊ ī impfectōib⁹ ſpū
alib⁹ inueniāt piculoſe ab h̄
ſacramēto abſtineāt. Unde
eis ꝯſulendū eſt q̄ q̄tidie al's
freq̄nter. al's aliq̄tiēs ī ſeptia
na h̄ venerabile pcipiāt ſacra
mentū. q̄ oīa errorē ſapiunt ⁊
vulpinā calliditatē Unde di
co ſm doctorē ſubtilē. q̄ exi-
ſtens in gr̄a actualiter inde-
uot⁹. laudabilit̄ abſtineat ab
hoc ſacramēto. Nec ē ꝯſiliuȝ
eccl'ie ⁊ ſctōꝝ patrū p ſumpti
onē ſacramēti excitare actua-
lē deuotōeȝ. ſȝ p ieiuniū. eleo-
ſinas. orōes ⁊ meditatōes d̄-
uotas pmū in ſe deuotioneȝ
excitare auxilio dei. ⁊ demuȝ
ex ſumptōe euchariſtie feruo
rē ⁊ gr̄e expectare fideliter cō
plementū. ¶ Quarta cautela
ne quis q̄ntūcūq̄ cōtritus d̄
ſuis peccatis ſine cōfeſſione
facta ſacerdoti accedat ad cō
munionē. Nam ſic accedēs
peccat grauiter ex h̄ q̄n habȝ
copiā ſacerdotū. Sacerdos
tamē volens celebrare. nō ſe-
cum habēs copiā ſacerdotū
ſi īminet ſcandaluȝ populi et
iā incepit canonē. vl' forte q̄r
infirm⁹ amiſit loquelā. ⁊ ip ſe
p eo ꝯmunicādo vult ꝯfice-
re euchariſtiā ⁊ celebrare miſ
ſam. ſi talis eſt in ꝓpoſito ꝯfi
tendi q̄nto citi⁹ poterit n̄ pec
cat cōicando. Licȝ aūt ī pec-
cato exn̄s nō debeat ſine con
feſſiōe cōmunicare. tamē pōt
videre corpus xp̄i ſine pecca
to. Si tn̄ abſtineat ꝑpt hūi-
litatē meli⁹ facit ſm Tho. in
iiij. di. ix. Dicit tamē Alber-
tus q̄ pctōr poteſt videre cor
pus chriſti ſed nō m'lto aſpe-
ctu. ſed eo viſo debet pcutere
pectus ſuū quaſi n̄ ſit dign⁹
aſpectu. Quīta cautela ē ne
quis nō ieiunus accedat ad
cōmunionē ꝑpter reuerentiā
ſacramenti. vij. q. i. nihil. ⁊ de
ꝯſe. di. ij. liq̄do. Et h̄ ꝑpt ho
norē tanti ſacramēti. vt dicit
Aug⁹. ī libro reſponſionū ad
Januariū. Nō te moueat q̄
dn̄s poſt cenā cōmunicauit
apl'os. q̄r hoc fecit ꝑpter im-
p̄ſſionē memorie apl'oꝝ meli
orē. Si tamen īminet neceſſi
tas mortis tūc poteſt cōmūi
care etiā poſt cibū vel potuȝ.
Sicut ſi quis vulneratus ī
taberna hora veſꝑtina tendit

ad mortez. talis põt expediri ſtatim ne recedat ſine viatico Uñ nõ licet aliquam medici nã añ ꝯmunionez recipe. nec etiã potare. Si tñ lauãdo os aliquid aque. vel ſi reliq̃as ci bi iter dẽtes remanẽtes tranſ glutiret. nõ impedit ꝯmũica re. quia nõ ſumpſit illud per modũ cibi vel potus. ſed per modum ſaliue. que vitari nõ poteſt. Si quis etiã poſt me dium noctis aliq̃d ꝑ moduz cibi vel pot⁹ recipit. impedit a ꝯmuniõe illo die. Si autẽ ante mediã noctẽ ſiue dormi at ſiue nõ. q̃tum ad rationez p̃cepti nõ videt impedire. ta men ſine cauſa neceſſaria me li⁹ eſt differre ꝯmunionẽ. et h̾ ꝓpter turbatiõem mentis. q̃ ꝯuenit ex ĩdigeſtiõe ⁊ ĩſomni tate ſꝫm quaz hõ reddit iept⁹ ad ꝯmunionẽ. Ita dic̃ Tho mas in. iij. pte. q. xxx. ¶ Se xta cautela eſt. vt omnes chri ſtiani habẽtes annos diſcre tiõis. ſ. a decẽ ſꝫm tamẽ ſub et ſupra annis. ſemel in anno ĩ paſca nõ omittãt cõmunica re niſi de conſilio ſui ſacerdo tis. ⁊ ꝓpter aliquã rõnabilez cauſaz ad tempus abſtineãt. vt dicitur de penitẽ. et remiſ ſio. Omnis vtriuſq; ſex⁹. Si tamen ſepius poſſint cõmu nicare cõmẽdabiles ſunt. Et maxime ad feſta chriſti aplo rum et patronorũ eccl'ie. in q̃ bus maior deuotio excitat ꝓ pter feſtũ diem. Uñ antiqua ꝯſuetudo iure approbata ha bet q̃ ſeculares in natali dñi paſca ⁊ penthecoſtes. de con ſilio debẽt ꝯmunicare. de cõ ſe. di. iij. c. et ſi nõ freq̃uẽtius. Seculares tamẽ ꝑſone con tẽplatiue ⁊ femine deuote ſin gulis mẽſibus poſſunt com municare. Unde ſꝫm Augu ſtinũ ĩ libro ð eccl'iaſticis do gmatibus. Singulis dieb; domicis ſi nõ ſint ĩ propoſi to peccãdi ampli⁹. Singul' autẽ dieb; nõ laudat neq; vi tuperat cõmunicantes. Nõ laudat. quia difficile eſt ſecu laribus ſe p̃parare ad hoc ſin gulis diebus. ſaltem digne. ¶ Circa hoc tamẽ ſciẽdum ſꝫm Thomã ſup. iiij. diſt. xij. q̃ ſi quis experimẽtaliter co gnoſcit ex q̃tidiana ſumptio ne feruorem amoris ad deuz augeri. et ſacramẽti reuerenti am ñ minui. talis poſſꝫ quo tidie ſumere ſiue ꝯmunicare. Si autem ſentiat reuerẽtiaz minui. ⁊ feruorem nõ augeri multum. debet interduz abſti

nere. vt cũ maiori reuerẽtia ꝛ
deuotiõe poſtmodũ accedat
Unde q̃ſtum ad h̃ vnuſquiſ
q̃ʒ relinquẽdus ẽ ſuo iudicio
vt dicit Aug. libro primo ad
Januariũ. Nec te moueat in
ↄtrariuꝫ illud dictũ Ambro/
ſij libro primo de ſacramẽtis
quod etiam ponit̃ de ↄſe. diſ.
ij. Si quotienſcũq̃ʒ. quod eti
am allegant Huſſite heretici
dantes preſumptiõem ↄmu
nicādi ſeclaribꝰ quotidie. vbi
dicit̃. Qui ſemꝑ pecco ſemꝑ
debeo accipe medicinā Hoc
tamẽ eſt intelligendũ q̃ſtũ ad
ꝑparationem animi ꝛ ↄſcien
tie. Unde dicit ibidem gloſa
debeo ſemꝑ accipe. id ẽ debeo
ſemꝑ me p̃ſtare ſeu preparare
habilem et dignũ ad accipiẽ
dum. Sic etiā intelligẽdum
ſimpliciter. de tranſlatōne. c.
ij. et determinate ad annū. de
elec. puida. li. vi. Itē a collati
one ordinū oīm ⁊ ſimpliciter
de tꝑib⁹ ordinationū. vel nō
eſt. ⁊. c. dilect⁹. ⁊ cū determia/
tione anni. eo. ti. cos q̄. li. vi. ⁊
ad trienniū. de ſymonia. c. pe.
Qn̄qꝫ certoꝝ ordinuꝫ tm̄. de
tem. or. c. lr̄as. qn̄qꝫ clericalis
tonſure tm̄. eo. ti. null⁹. lib. vi
Item ab eoꝝ executiōe qn̄qꝫ
ſimpliciter. eo. ti. nullus. li. vi
qn̄qꝫ certi ordinis tm̄ ſimpli
citer. eo. ti. lr̄as. vel ad temp⁹
eo. ti. vel nō eſt. de ſimonia. c.
penul. Qn̄qꝫ a pontificalib⁹
tm̄. de trāſla. c. ij. Qn̄qꝫ ab of
ficio ſacerdotali. de officio de
legati. ſane. ij. ⁊ eo. ti. c. ij. li. vi
Qn̄qꝫ non a toto ſacerdotali
officio ſed ſoluꝫ a celebratiōe
miſſaruꝫ. qn̄qꝫ tm̄ per duos
menſes. de clerico ꝑcuſſo. ꝑte
rea. qn̄qꝫ ꝑ annum. lv. di. nul
lus. de cōſe. di. ij. relatū. qn̄qꝫ
ꝑ duos annos. de clerico per
cuſſo. ꝑſentiū. Iteꝫ eſt ſuſpen
ſio ab igreſſu eccl'ie qn̄qꝫ ſim
pliciter. xvi. q. iiij. nullus. ⁊. c.
ſi q̄s deinceps. de pe. ⁊ remiſ.
omnes. de offi. dele. c. ij. li. vi.
qn̄qꝫ determinate ad mēſem
de ſen. ex. ſacro. qn̄qꝫ quouſqꝫ
ſatiſfecerit. de cenſibus. exigit
li. vi. qn̄qꝫ ſuſpendit̃ quis ab
ingreſſu eccl'ie ⁊ diuinis per
menſem. de ſen. excō. c. i. li. vi
Et quid importat ſuſpenſio
ab ingreſſu eccl'ie habetur de
ſen. excō. is cui. li. vi. Iteꝫ eſt
ſuſpenſio ab officio qn̄qꝫ ſim
pliciter. de vſu. q2 in om̄ibus
in fi. cle. de reb⁹ ec. nō alie. c. i.
qn̄qꝫ ꝑ annuꝫ. de offi. dele. c.
vlti. §. vt aūt. li. vi. de re iudi.
cum eterni. eo. li. quando qꝫ ꝑ

o

trienniū. de clan. deſpon. c. fi. ⁊ de here. c. fi. in cle. ad fi. Itē eſt ſuſpenſio a voce capituli. donec ꝗs ordinet̃. ſup̄ cadē ꝯſti. de eta. ⁊ q̄li. or. vt hi ꝗ. ij. rñſione Itē a bñficio ſimpl'r de elec. nihil eſt. Et determinate puta ad ſex menſes ⁊ annum. in cle. de vi. et hone. cle. c. ij. ad trienniū. de rebꝯ ec. nō alie. c. ij. li. vi. de elec. cū i cunctis. co. ti. c. i. ⁊. c. cupiētes. §. ceteꝝ. lib. vi. Ad tps incertuꝫ ſcꝫ q̄diu tacuerit. de elec. generali. li. vi. determinate etiaꝫ quo ad partē diſtributionuꝫ vt in predicta decre. vt hi qui ſecunda rñſione Suſpendit̃ etiam ꝗs a bñficio obtinēdo ꝑ ſex mēſes ⁊ ꝑ annū. vt in p̄dicta decre. ij. de vi. et ho. cle. qñqꝫ ꝑ annū ⁊ bienniū. ꝺ ſtatu monachoꝝ. ne in agro. §. ſi quis. Suſpēdit̃ etiā quis a bñficio obtinēdo ꝑ ſeptem mēſes ⁊ ꝑ annū. vt in p̄dicta decre. ij Itē ē ſuſpēſio ab officio ⁊ bñficio ſimpl'r. ꝺ teſtibꝯ tam lr̄is. in fi. de ſe. nup. c. i. ꝺ p̄uilegijs. tuaꝝ. qñqꝫ determinate ad temp⁹ ſatiſfactōis vel reſtitutōis. de elec. qꝛ ſnie. de cenſibꝯ. exigit. li. vi. Et qñqꝫ hec ſuſpēſio dicit̃ ab ordine ⁊ dignitate. de ſciſmaticis. c. i.

in fi. Et qñ ſumit̃ alternatiue vtputa aut ab officio ſuſpendat̃ aut a bñficio. de vi. ⁊ ho. cle. a crapula. Itē ſuſpēditur quis ab adminiſtratōne ſimpliciter. vt ꝺ ſolutionibꝯ. c. ij. ⁊ cum determinatōe trienniȷ de re. ec. nō alie. c. ij. Interdū ſuſpendit̃ ab officio adminiſtrationis ⁊ a bñficio vſqꝫ ad ſatiſfactōem. ī cle. de decimis c. i. Item ſuſpendit̃ quis a p̄uilegio clericali qñqꝫ ī ꝑſona qñqꝫ in rebus de vi. et hone. cleri. c. vlti. ⁊ in cle. eo. ti. ca. i. Item ſuſpendit̃ quis a collatione beneficioꝝ ſimpliciter. de p̄bendis. graue. ne ſede vacante. c. vno. li. vi. Etiā cū determinatōne anni vel bienniȷ in cle. de ſtatu monachoꝝ. ne in agro. §. ſi quis. Itē ſuſpendit̃ quis a ꝯfirmatione epoꝝ ſimpliciter. de trāſlatōne. c. ij Qñqꝫ ꝑ annum. de elec. prouida. li. vi. Et quādoqꝫ a cōfirmatione inferioꝝ. de elec. nihil eſt. Item ſuſpenditur p̄latus regularis a ꝑceptione profeſſionis. ꝺ regulis iuris nō ſolum. in fi. li. vi. Item ſuſpenditur officium legati minoris preſente legato maiore de latere. de officio delegati. nolentes. Item ſuſpen

ditur ſtat⁹ canonicoꝝ alema nie. de elec. indemnitatib⁹. §. penul. lib. vi. ⁊ in cle. de ſtatu regularium. attendentes. §. illos quoqꝫ. Itez ſuſpēditur quis ab officio aduocatōis ⁊ notarie. de hereticꝭ. ſi aduer ſus. Item a collatōe magiſte rij. in cle. de magiſtris. cū ſit. Itez ab officio ꝑdicandi. vt in clemē. cupientes. de penis ¶ Ut autez facilius iſta ma teria capiatur. notande ſunt regule ſubſcripte. Prima re gula. Suſpenſus ab officio ⁊ iuriſditōne ſiue ab homine ſiue a canōe nec excōicat nec beneficia cōfert. de ꝯceſſ. pre ben. qꝛ diuerſitatem. Ex quo enim talis caret iuriſditione. excōmunicare non poteſt. de exceſ. pla. tanta. Secūda re gula. Suſpēſus ab ingreſſu eccl'ie tm̄ talis excōmunicat et abſoluit. Ratio. qa adhuc retinet iuriſditōem. vt in. c. ſa cro. de ſen. excō. iuncto ca. ab excōmunicatꝭ. ⁊ de reſcriptꝭ. vbi ad talem ſuſpenſum qui incidit ſuſpēſionē ab igreſſu eccl'ie. qꝛ excōmunicatus cō tra nullū caſuz. c. ſacro fieret remiſſio ꝑ abſolutione. Ter cia regula. Suſpenſus a bn̄ ficio poteſt bene eligere. vt in. ca. cum in cūctis. de electōne Quarta regula. Suſpenſus ab officio ſi talis eſt ſuſpēſus quo ad ſe et quo ad alios. nec eligit nec eligitur. vt in. c. cuz dilectus. de ꝯſuetudine. et de elec. cum nunc. At h̄ eſt verū quādo eligit rōe priuati offi cij. Si autem eligit rōe pub lici officij poteſt eligere dum modo ſit occultus. facit de re iudicata. approbādū. Quin ta regula. Suſpēſus q̄ ad ſe tm̄. vt ille qui eſt ſuſpenſus ꝑ pter ꝑticipationē excōmuni cati. talis eligit ſed nō eligit. de cleri. excō. mini. ſi celebret Sexta. Suſpēſus ab ingreſ ſu eccleſie in ea celebrans irre gularis eſt. de ſent. excom. is cui. li. vi. Septima. Suſpē ſus ab officio tā a celebratio ne miſſe q̄ꝫ a collatione ſacra mentoꝝ ⁊ a q̄libet actu ſacer dotali. puta a baptizando ſo lenniter intelligit ſuſpēſus. ⁊ ꝯ faciēs fit irregularꝭ. Octa ua regula. Sacerdos ſuſpē ſus ſacerdotalib⁹ officijs mi ſtrans i inferiori ordine nō ē irregularis. Qn̄ vo eſt ſuſpē ſus a collatiōe ſacroꝝ ꝯferēs aliquod ſacramētuz ſolēniter fit irregularis. Nona regula. Licet ſuſpenſus non perdit

iura ſpūalia nec poſſeſſionē beneficij. tñ fruct⁹ bñficij ſui pdit ſm Innoc. de appel. paſtoralis. Et h ſi eſt ſuſpenſus ab officio ⁊ ex graui cauſa puta pp̄ter ſcandalū ppl'i vl' infamiā ſolam ſm Hoſti. de q plene p Jo. an. c. cupiētes. de penis. in glo. magna ad finē

Decima regula. Suſpenſus a canone pp̄ter pticipationē excōicati pōt eligere et alia facere q ſunt iuriſditiōis. Sed ſi ab hoīe vel a iure vel al's ex alia cā tūc nō pōt ſm Jo. an. in glo. magna vbi ſupra.

¶ De forma ferende excommunicationis

Reſtat nūc videre d quarto. ſ. de forma ferende excōicationis. Pro q ſciēdū q ad ferendū ſniā excōicationis nō dꝫ feſtinare iudex ſꝫ mature pcedere. nec p quolibꝫ delicto debet eā ferre. iuxta illud poeticum. Si quotiens peccant hoīes ſua fulmīa mittat Jupiter. exiguo tempe null⁹ erit. de quo ī glo. magna. xxiiij. di. valentino. Debet igit premitti triplex monitio vel vna pro trib⁹. al's iniuſta ē excōmunicatio. ⁊ iudex ē ſuſpēſus p menſem. q ſi īngerat in officio ſuo. ſ. ī diuinis agens ſicut prius irregularis efficit ⁊ p ſolum papā abſoluēdus Et idem eſt de ſentētia ſuſpēſionis et interdicti. de ſen. ex. cū medicinalis. li. vi. hec tamē pena nō tāgit epos cum de eis nō loquat expſſe. Preterea eſt ſciendū q ſententia excōicationis ferēda eſt ex tribus cauſis. Prima eſt contumacia qn̄ quis fuerit admonitus vel citatus p iudicē tribus vicib⁹ ſiue edictis vel vno p trib⁹. et ipe fuit inobediens vl' ɔtumax. Scd'a cā qn̄ pro aliq certo dāno vl' offenſa aliqs nō vult ſatiſfacere. tūc eſt pt licite excōicari. Et rō ē ſm Tho. in. iiij. ſniaꝝ. diſt. xviij qꝛ talis peccat in primū cui facit iniuriā. ⁊ iō merito ē excōicād⁹. Tercia cā qn̄ pſona ignorat ſic excōicat ī generali vt qcunqꝫ furtū fecerit reſtituat. vel q ſcit ⁊ nō reuelat. de ſen. ex. a nob. Nemo aūt debꝫ excōicari p pctō alteri⁹. xxiiij q. iij. ſi ab his. licet bñ pōt interdici. Sūt aūt qnqꝫ caſus in quibus ſnīa excōicatōnis nulla eſt ipo iure. Primus ē. ſi ille q tulit eam nō habuerit ptātem ferēdo ſniā. vt qa nō

erat ei⁹ iudex. vł q₂ erat excõi
catus. Scďs q₂ eſt lata poſt
appellatiõem legitimã. i quo
caſu etiã vt notat Arch. xi. q.
iij. cure. dicẽdo ꝙ licʒ ſit ordi
nario credẽdũ denũcianti ali
quẽ excõicatũ. tñ ſi ſcis ꝑ cer
to denũciatũ añ excõicatõeʒ
appellaſſe. ſecure illi poteſ cõ
municare. vt de appel. ad no
ſtram. ſm Goffre. q̇ ita nota
uit i ꝓdicto. c. dilectus. Iſtď
vltimuʒ intellige vt notaꝛ de
ſen. ex. ſolet. li. vi. §. vlti. Con
cordat ad hͦ glo. antiq̃ Bern.
de appel. paſtoralis. dicẽs ꝙ
ſi q̇s excõicaꝛ poſt appellati
onem ꝓbabilẽ. licʒ excõicat⁹
ſit. nõ tñ eſt ꝓ excõmunicato
habẽdus quin liceat ei com
municare in oĩbꝫ ſacramen
tis. Hoc ideʒ ſentit glo. finał
i. c. dilectus. ibidem dicẽs. ꝙ
licet ꝓ ſnĩa ſit preſumẽduʒ in
dubio. magis tamẽ ſtãdũ eſt
ap pellatõi ꝙ̃ denũciatõni ex
cõicatõnis. Tercius caſus ẽ
qñ ſnĩa ꝯtinet intolerabilem
errorem. vt de ſen. ex. ꝑ tuas.
vt ſi excõicaꝛ q̇s ideo. quia nõ
furaꝛ. vel q₂ nõ ducit ẽpo ali
quã meretricẽ. ⁊ ſic ď alijs. ꝑ
ut exẽplificat glo. ibiď. Quar
tus caſus qñ aliq̇s excõmu
nicat maiori excõicatõe illos
qui excõicato participãt nõ i
crimine ſed i locutiõe. Nam
tał ſnĩa ñ tenet niſi ꝑmiſſa tri
na monitõe vel vna ꝑ tribꝫ. et
cũ hoc niſi noĩatim exprimã
tur participãtes. ď ſen. ex. ſta
tuimus. ⁊. cõſtitutõem. et. c.
ſtatutuʒ. li. vi. Quintus caſus
qñ ꝑlatus ĩterdicit ſuis ſub
ditis ne exponãt ſuis ſupiori
bus ab inquiſitoribꝫ ſtatutũ
ecclĩaꝝ ſuarũ ſub pena excõi
catiõis. nã tał excõicatio nul
la eſt. vt ď of. or. q₂ pleriq₃. li.
vi. ¶ Vltimo ſciẽduʒ ꝙ ſm
emericũ i ſũma ſua regulariꝛ
ẽpus ⁊ quilibet inferior paro
chialis ꝑſbiter ꝑt abſoluere a
ſnĩa excõicatõis etiã maiorꝭ
lata a iure vbi ſibi ſupior ab
ſolutõeʒ nõ reſeruat. Nec ob
ſtat dictuʒ Io. an. i glo. i. c. ſi
ẽps. de pe. et re. li. vi. vbi ipſe
dicit ꝙ abſoluere excõicatos
a maiori excõicatõe ñ ꝯpetit
ſimplici ſacerdoti ſed ẽpo. vt
de ſen. ex. nuper. Sed tu dic
audacter ꝙ veꝝ eſt ꝙ nõ cõpe
tit hoc ſimplici ſacerdoti ſim
pliciter. Et etiam vbi ꝓhibeꝛ
ſpãliter. ſecus aũt vbi nõ ꝓhi
beꝛ. Sic etiã dicim⁹ ď ẽpo ꝙ
ñ ꝯpetit ſibi abſoluere a ſnĩa
excõicatõis maiorꝭ. vbi. ſ. pa
pa ſpãliꝛ reſuauit. i ceterꝭ nõ

phibet. Silr dr d epo et ſim
plici ſacerdote. iſtud tñ idige
ret meliori declaratione p pa
paz pter ſimplices. Scias
etiã q abſens põt abſolui ab
excõicatione p pcuratorẽ ſm
Guil. nazonẽ. tñ ſolẽnis recõ
ciliatio in introductõe i eccle
ſiaz nõ poteſt fieri eo abſente
Et ita intelligit dictũ Inno.
qui plixe de h ſcripſit. de ſen.
exco. cum deſideras.

¶ De eccl'iaſtico interdicto
qualiter ſit obſeruandum.

Hīnē opu
ſculo iponere cupiē/
tes. de eccl'iaſtico in/
terdicto aliqua ſubijciamus
¶ Circa qd ſciendũ q inter/
dictũ ſm Inno. nõ eſt niſi p
hibitio hoim habitantiuz in
loco a ſacris ibi accipiẽdis ⁊
a ſepultura. et ne clerici cele/
brẽt diuina vel miſtrẽt ſacra.
Et eſt duplex. quoddã gene/
rale. quoddã ſpeciale ſiue pti
culare. Generaliter interdicit
regnuz ſiue puincia. ſiue etiã
ciuitas vel caſtrum. Particu
lare vo interdictum eſt qñ de
multis eccl'ijs vna due vl' tres
interdicũt. vt hĩ de v. ſig. cuz
in ptibꝫ. Sic etiã ſpeciale dr
qñ oĩs eccl'ie ciuitatis vel p
uincie iterdicunt. vt ſit p exe/
cutores grãruz. vnde genera
le dr ideo qſtum ad illũ locuz
vbi nullꝰ excipit. Unde ſm
dñm Aluaz. licet pſona iter/
dicat. vt ſcz qdiu in tali loco
morat. vel ad quecũqz puene
rit qdiu ibi fuerit ſeruet iter/
dictũ i hoc. licet pter pſonã
ſpãle ceſſat iterdictũ. tñ q ad
obſeruatõem generalit intel/
ligit interdictũ platũ. vñ oĩa
q ſeruant tpe interdicti gene
ralis etiaz tũc obſeruabũtur.
Speciale autẽ ẽ i quo alique
eccl'ie excipiunt. ⁊ vbi ſolum
terra eoꝝ que interdicit ſpeci
ficat. Põt tñ poni interdictũ
ex rõnabili cauſa ppt culpaz
dñi loci alicuiꝰ. ſiue capituli.
ſiue cõmũitatꝭ. nõ tñ pt poni
p ordinariũ vel p delegatũ p
pecũiario debito vl' cuiuſuis
pecunie qntitate. niſi d auto
ritate ſedis ap'lice ſpeciali et
expſſa p extrauagantẽ Boni
facij octaui. q incipit. puide
attendeñ. ⁊ h itellige d inter/
dicto generali. q2 ſpeciale bñ
pt poni ppt debitũ pecunia/
rũ. vt q2 plebanꝰ nõ ſoluit ali
quã collectã ſedi ap'lice l' epo
pt interdici tñ illa eccl'ia illiꝰ
plebani. nõ autẽ alia in illa ci
uitate. Ita notauit Ioh. an.

in nouella. de ſen. ex. li. vi. Et differt interdictū ab excōmunicatione vel ſuſpēſiōe. quia excōicatꝛ vel ſuſpenditꝛ pſona. ſꝫ interdicitꝛ loc⁹ vel regnū vł puincia. caſtꝝ. eccł'ia. villa. ciuitas. cōitas. clerus vł ppł's Pōt etiā h interdictū poni p epm. ꝯ caſu epi pōt capitulū interdicere. vicꝫ qn̄ pcedit ex mero officio. al's aūt ſine caſu. capitł'i pt iterdicere ſup notorijs delictis. h idē pt facere elect⁹ ꝯfirmat⁹. licet nō dū cōſecratus. qꝛ h eſt iuriſditiōis et nō ordinis. vacāte ſ᷑o ſede pt h etiā facere capitulū. De omib⁹ iſtis ſunt iura que obmitto cā breuitatꝭ Forma autē interdicti eſt hec. Nos propter talem cām. ſ. occiſiōis ſacerdotis i ciuitate facte ipſaꝫ ciuitatē ſupponim⁹ intdicto eccleſiaſtico. His pmiſſis ponunꝛ aliq̄ regule de obſeruatione interdicti. Prima regł'a ē. Interdicto clero ſpecialiter nō pter hoc ppł'us intelligitꝛ interdictus nec ecōuerſo. vn̄ in tali caſu laici poſſunt audire diuina. vt de ſen. excō. ſi ſnīa. lib. vi. Cū ſ᷑o alicui⁹ ciuitatis vel terre populus eſt interdictus ſingulareſ pſone intelligunꝛ eſſe interdicte. Scda regula. Licꝫ generale interdictū clerici tenētur obſeruare tamē coꝝ pſone nō ſūt iterdicte Et iō alibi exiſtētes pn̄t celebrare. Tercia regula. Interdicta terra pter delictū dn̄i. ſubditi ipſi⁹ alibi pn̄t audire diuina niſi culpabiles exiſtant. vel niſi ipſi fuerint interdicti pter dn̄m in eis puniendū. de ſen. ex. ſi ciuitas. lib. vi. Quarta regula. Ciuitate vł caſtro interdicto vel villa. ſuburbia illorum et ꝯtinentia edificia intelliguntur iterdicta. vt i dicto. c. ſi ciuitas. Suburbia autem ſm Johem de deo intelliguntur loca extra ciuitatē. vt ipa edificia que ſunt extra vltimam portā ciuitatis. ſiue ſit porta clauſa ſiue aperta. quod alio nomine dicim⁹ ingreſſum vł introitū ciuitatis pncipalem vel finalem. ꝯ quib⁹ edificijs vocanꝛ oēs hoies ad cautionem ciuitatis. ꝛ ſoluūt ꝯmunes penſiones cenſus vel tributa. vel quaſcūqꝫ exactiōes cū ciuibus ciuitatis. Quinta regł'a. Intdicta eccł'ia nec in ipa nec i ei⁹ capella pōt celebrari. nec i ei⁹ cimiterio contiguo poterit ſepeliri. vt dicitur in dicto. c. ſi ciuitas. li. vi.

Sexta regula. Interdicta ci uitate ꝑ peccato ciuium quãuis ciues nõ ſunt ꝓprijs nomibꝫ expſſi. tamẽ quocunqꝫ vadũt interdicti ſunt. nec debent ad mitti ad diuina. qꝛ interdict⁹ i vna eccl'ia interdict⁹ ẽ i alia. iiij. q. v. quiſqs. Si autẽ ꝓpter pctm̃ principũ. tũc populus nõ eſt interdictus niſi i eadeꝫ ciuitate. ſm Joh. de deo. Si militer etiã in tercia regl'a ſu peri⁹ dictũ ẽ. Septima regu la. Tẽpe interdicti generalis puta cũ loc⁹ eſt interdict⁹. vt ciuitas. caſtrũ. villa. ſingulis diebꝫ i monaſterijs ⁊ alijs ec cl'ijs pñt celebrari miſſe ſub miſſa voce. ianuis clauſis. ex cõicatis ⁊ interdict' excluſis cãpanis etiã nõ pulſat'. Tpe etiaꝫ ꝑdicto canonici debent ↄuenire ad eccl'iam. al's amit tũt diſtributiones quotidia nas q̃ intereſſentibꝫ tm̃ dant' ſi nõ eſſet interdictũ. Poſſũt etiam tũc ſoluꝫ i feſtiuitatibꝫ natalis. reſurrectõis dñi. pẽ thecoſtes. aſſumptõis beate virginis pulſatis campanis ianuis apertiſ. alta voce diui na cantari. excõmunicat' ex cluſis. ſꝫ iterdictis admiſſis. ita tñ ꝙ illi ꝓpter quos latũ ẽ interdictum altare nõ appro pinquẽt. Q. ſic intelligit' ſm nouellatoꝛẽ in. c. alma. de ſen. ex. li. vi. ꝙ reliq nõ culpabiles poſſunt oꝛare ad altare. et ob lationẽ ſup altare offerre. ⁊ ſi milia facere. Hodie etiã ꝑ ex trauagãtẽ Martini pape q̃n ti moderni extẽdit' iſta indul gentia ad feſta coꝛpis chꝛiſti ita ꝙ tpe interdicti generalis licet etiã celebꝛare. etiam alta voce ⁊ pulſatis cãpanis vſqꝫ ad octauas. nullũ tñ p̃miſſo rum poteſt fieri qñ eccl'ia ſpe cialiter ẽ interdicta. Octaua regula. Tempoꝛe general' in terdicti i ſolẽnitatibꝫ quattu oꝛ. ſ. natalis. paſce. penthecoſtes ⁊ aſſumptiõis marie lici tum eſt cãtare veſpas ꝑmas ⁊ ſecũdas ſed nõ ↄpletoꝛiuꝫ. al's incurreret irregularitatẽ ꝑ erroꝛem opinioni fulcitum eo ꝙ doctoꝛes in hoc diſcoꝛ dant. Ex quo nõ in ↄtemptũ clauium facit eſſe diſpenſabi le per legatum. vt in clementi na dꝛ. de cleri. excõ. miniſ. cle rici. hec Jo. an. in nouella. in ca. alma. de ſen. excom. lib. vi Sabbato vero magno ſcꝫ re urrectionis dñi nõ poſſunt i hoc caſu veſpere prime can tari. Ratio. quia terminan tur cum complenda miſſe. et

ita q̄dammō ſūt pars miſſe.
S; in feſto corporis xp̄i tā pri
me q̄ꝫ ſecūde veſpe cū om̄ibꝫ
horis miſſis ⁊ ꝯpletorio vſqꝫ
ad octauā incluſiue pn̄t cele/
brari. p̄ter tn̄ ꝯpletoriū ipſo
die octaue. qđ videt̄ ad diem
ſequentē ꝑtinere. Nullum tn̄
p̄dictoꝝ pt fieri tp̄e ſpecial' i/
terdicti. Nona regula. In fe/
ſtiuitatibꝫ q̄ttuor p̄dictis nō
poſſunt ſani ꝑcipere corpus
xp̄i. nec etiā hoīes mortui ſe/
peliri. ſm Jo. an. ī nouella in
dicto. c. alma. Et notant̄ hec
de ſepulturis. eos qui. in cle.
in glo. que hoc dicit. Et idē
Hoſti. in. c. ⁊ plantare. de pri
uilegijs. ſup ꝟ. defunctorum
Q̄uis Jo. cal. tenet ꝯ̄riū. cuꝰ
dictū nō p̄ualet tanq̄ꝫ ſingl'a
re. Decima regula. Tp̄e gene
ralis interdicti poſſūt iſta ſa/
cramēta ꝯferri. baptiſmꝰ par
uuloꝝ ⁊ adultorū. pn̄ia taꝫ ſa
nis q̄ꝫ infirmis. viaticū ſeu
corpꝰ xp̄i ꝑ infirmis tm̄. ꝯfir
matio ī frōte ⁊ ꝯſecratio criſ/
mat' feria q̄nta magna ꝑ ep̄ꝫ
vt notat̄ in glo. magna. ſuper
ꝟ. ſacramētis. ī dicto. c. alma
Undecima regula. Licet q̄/
dā antiq̄ vt Petrꝰ de ſampra
na ⁊ alij opinabant̄ tp̄e gene
ralis interdicti in eccl'ijs mō
ſup̄dicto n̄ poſſe celebrari di/
uina niſi a ꝓprijs clericis ec/
cleſiaꝝ. ſ. vt nō niſi in eccl'ijs
parochialibꝫ plebani cū vica
rijs deberēt celebrare diuina
ſubmiſſa voce et ianuis clau
ſis. ⁊ ꝙ clerici extranei n̄ pn̄t
ibi celebrare nec eis intereſſe.
tn̄ ſm Jo. an. in nouella. c. al
ma. pn̄t extranei cl'ici hec oīa
facere. q2 nimis durū ē ꝙ bn̄
ficiatus vnꝰ eccl'ie ī alia tūc
celebrare n̄ poſſit. et ī his ſm
ip̄m nimis emungit vel elicit
ſanguinē. imo ſm Jo. cal. qđ
plus eſt pn̄t clerici diuerſarū
eccl'iaꝝ ſm ꝯſuetudinē quā
habēt ꝯuenire in feſtiuitatibꝫ
vel diebꝫ certis anniuerſario
tēpe interdicti ſeruata forma
decretal' alma. ſ. vt ſubmiſſa
voce celebrent. ⁊ ſine pulſu et
ianuis clauſis. Hec Jo. cal.
ī tractatu d' interdicto. q. lxxv
Duodecima regl'a. Qn̄ eccle
ſia ſpecial'r eſt interdicta. tūc
in eadem in his diebꝫ. ſ. quat
tuor feſtiuitatibꝫ ⁊ alijs durā
te interdicto non poterit cele
brari. etiā baſſa voce ⁊ ianuiſ
clauſis. ſed extra eam in loco
alio etiam poſſet alta voce ce
lebrari ſub tentorio vel ī alia
eccleſia ſi eſt ibi nō interdicta
ſm Joh. an. in nouella dicti

capituli alma. Tredecima regula. Interdicto populo vel vniuerſitate et nō loco nec eccleſia. poterunt clerici ianuis apertis ꝛ pulſatis campanis ſingulis dieb⁹ alta voce celebrare. interdictis tñ ꝛ excommunicatis expulſis. cū hoc nō ſit ꝓhibitū. ſed interdicto loco nō pōt ibi celebrari niſi modo ſup̄ expreſſo. ergo illa que ibi dicta ſunt intelligenda ſunt de locali iterdicto. qñ loc⁹ eſt generaliter interdict⁹. Quartadecia reg̃la. Exiſtēs culpabilis. vrputa ꝯſiliarius vel ꝓcurator vel capitaneus. cuius conſilio vel auxilio latum eſt interdictum. licet ab eo cautio recipiat̃ ꝺ ſatiſfactione. ꝛ ei pnia iniungat̃. nō tamē ꝓpter hoc relaxabit̃ interdictū niſi ꝑncipalis ſatiſfecerit. quo ſatiſfaciente tollet̃ interdictū ꝑ glo. dicti. c. alma. ſup ꝟ. relaxatio. Quintadecima regula. Et ſi i ꝑiculo mortis aliquis interdictus accipiat penitentiam tempore interdicti. et iuret ſtare mandatis eccl'ie. nō tamen admittit̃ ad eccleſiaſticā ſepulturā. cū hoc ſit ꝯtrarium iuri. de pe. ꝛ remiſ. ꝙ in te. ſm̄ Iohem de deo. Sedecima regula. Tempore interdicti nō debent audire ꝯfeſſionem illi quoꝝ culpa vel dolo latum eſt interdictum. vel qui ꝑbuerunt conſiliū. auxiliū vel fauorem niſi pri⁹ ſatiſfecerint vel de ſatiſfaciendo dederint idoneā cautionem. vl' ſi hoc nō poſſunt ſaltē iurabunt ꝙ cū poterint ſatiſfaciant ꝛ ad ſatiſfactionē faciendam ꝑ illos qui tenent̃ dabunt ꝯſilium. auxilium vl' fauorē. ꝛ laborabunt ꝓ poſſe nō tamē erit relaxatio interdicti. vt in dicto. c. alma. Decimaſeptima reg̃la. Tempore īterdicti nō debēt decedētes tā clerici ꝙ̃ laici extrema vnctiōe inungi. de peni. ꝛ remiſ. ꝙ in te. Decimaoctaua reg̃la. Tempore interdicti poſſunt matrimonia ꝑ iterdictos cōtrahi. tamen ſine ſolennitate q̄r etiā ab excōmunicatis cōtracta tenent. vt de eo qui duxit in matrimoniū. ſignificaſti. Ita notat Io. an. i dicto ca. alma. in glo. ſuper ꝟ. ſacramenta. Iohes tamē de lignano dicit ꝙ in feſto aſſumptionis marie poteſt mr̄imoniū ſolenniter benedici. Decimanona regula. Licet ſm̄ quoſdam tempe interdicti poterit vna cāpana pulſari ꝓ cōuo-

cādis canonicis ad horas canonicas vt dicit dñs Aluar⁹ melius tñ ꝛ ſecurius eſt ſi nō pulſet. ne populus relaxationem credens interdicti cōueniat ad diuina. vt dicit Joh. caldarini. Uiceſima regula. Tempe interdicti pt campana pulſari ꝓ dicēda oratōe ꝓ pace. ſ. ꝓ aue maria. ſiue ꝺ mane ſiue de ſero. ſm Joh. calꝺ. Uiceſimapᵒma regula. Tempore īterdicti clerici poſſunt ad vlteriores ordines ꝓmoueri. ſed nō ſpecialiter interdicti. Laici vero interdicti non poſſunt promoueri. Uiceſimaſecunda regula. Tempore interdicti licet laici ſepeliri nō poſſunt in cimiterio. etiaꝫ qui nō dederūt cauſam interdicto. poſſunt tamē clerici ſepeliri. ſꝫ ſine pulſu campanarum et ſine om̄i ſolēnitate. de pe. ꝛ remiſ. ꝙ in te. Poteſt tamen ſubmiſſa voce pro clericis decedētibus dici requieꝫ ꝛ vigilie. ꝛ orare ianuis clauſis. prout notauit Bartholomeus de piſ. in ſumma ſua ꝺ interdicto. §. iiij. Idem dicendum eſt de laicis qui nō dederunt cauſam interdicto. vł ſi dederunt ſufficienter emēdauerunt et penituerunt. Nam pro talibꝫ poteſt orari ī ſecreto. ꝛ eorum mortuaria ſūt recipienda. licet nō ſepeliantur in cimiterio. quia tales ſunt ī ſtatu ſaluādorū ſm dñm Aluarū. Dicit tamē Joh. an. in clemētina. i. ꝺ ſepul. ꝙ hoc intelligēdum eſt de mortuarijs que ipſe moriens reliquit loco interdicto. vel etiā de illis que poſtea data ſunt cum fuerunt ſepulti in cimiterio poſt relaxatum interdictuꝫ. De funeralibus ṽo que dantur cū funere ſepulto defuncto tempore interdicti nō putat clericos licite recipere poſſe. quia videt̄ ꝑticipare delicto. Idē dicit Stephanus. Et addit Johes andree ī nouella in fine gloſe magne. ꝙ ſi recipiuntur nō tenentur ſoluere quartam. vt ī cle. dudum. de ſepulturis. ibidē. Pro quo allegat Oldradum inducētem legeꝫ ff. pro ſocio. cum duduꝫ. vbi ſocius omniū bonorū nō cogitur cōferre ea que ex cauſis prohibitis acquiſiuit. Uiceſimatercia reg̃la. Sepulti extra cimiterium in quibus apparuerunt ſigna cōtritionis tempe interdicti. relaxato interdicto ſepeliūtur in cimiterijs. ſi autē fuerint ſepulti in

cimiterio nõ ſunt relaxato in
terdicto extumulandi ſm do
minũ Aluar. Uiceſimaqrta
regl'a. Qñ terra aliqua ſingu
lariter eſt interdicta ĩ penã ꝛ
ſi ex eis multi nõ deliquerint
vl' forſitan vniuerſitas vl' ma
gna ps. vel forte deliq̃t dñs.
ꝛ in h tũc puniunt parochia
ni. nõ pñt ĩ aliena eccl'ia etiã
non interdicta alibi eligere ſe
pulturã niſi forte etiã ex pui
legio. vt de puil'. vt puilegia.
Si vero eſt interdicta ppter
delictũ clericorum tm. vel p
pter hoc q violata fuerit. tũc
parochiani poſſũt in alia nõ
interdicta eligere ſepulturã
ꝛ audire diuina. Hec Inno.
Uiceſimaquinta regula Si
alicui pſone conceſſum eſt vt
tempore interdicti poſſit cele
brare aut audire diuina voce
ſubmiſſa. tũc eius familiares
ad audiendum cũ illo ꝛ cele
brãdum ſibi admittunt. i ab
ſentia tñ dñi tales familiares
hoc facere nõ poſſũt ſm Jo.
an. ĩ nouella. de priuilegijs. li
cet. li. vi. Non ſic autem de fa
miliaribus alicui' collegij. q̃a
niſi priuilegiati fuerit nõ ad
mittantur. Tali em̃ conceſſi
one gaudere nõ poteſt qui de
dit cauſam interdicto. vel cu
ius cõſilio. culpa. fraude. do
lo latum eſt interdictũ. vt de
priuilegijs. licet. li. vi. Fami
liares autẽ intellige nõ ſolũ
ppetuos ſ3 etiã mercẽnarios
ſm Archi. Illi etiam qui ſuc
ceſſerunt alijs qui nõ fuerũt
tempore dati priuilegij ſed ex
cauſa neceſſaria ſũt aſſumpti
cẽſentur familiares ſm Egi
dium de cremona. ſed nõ illi
q̃ volũtate nuda ſunt aſſum
pti. Uiceſimaſexta regl'a Tẽ
pore interdicti poſſũt epiſco
pi quocũq; ierint coram ſe fa
cere celebrare diuina. ſ3 tamẽ
ſubmiſſa voce ꝛ oſtio clauſo.
vt de priuilegijs. li. vi. in vlti
ma glo. nec poſſunt per alios
dyoceſanos in eor dyoceſi p
hiberi. ſm Jo. an. in nouella
ibidem. Uiceſimaſeptima re
gula. Religioſi exempti ĩ ca
pellis ſuis quas habent ĩ lo
cis nõ exemptis tẽpe inter
dicti nõ poſſunt facere nec p
ſe celebrare diuina. vt de pui
legijs. autoritate. lib. vi. Po
die autem religioſi violãtes
interdictum poſitum p ſedẽ
apoſtolicam vel ordinarium
loci vel generalem ceſſationẽ
diuinorum factam per pro
uinciale concilium ſunt ex
communicati ipſo facto. nõ

obſtantib⁹ ꝓuilegijs et exem
ptōnib⁹ quibuſcūqȝ. p clemē
tinam ꝑmā de ſen.ex. Uiceſi
maoctaua regula. Tempore
interdicti nō licȝ ſecularibus
extra eccleſiam auſcultare ſeu
audire diuina que fiunt in ec
cleſia .nec licȝ feneſtras nec fo
ramina facere ad videnduȝ ī
figura hmōi diuīa ⁊ corpus
chriſti. vt colligiť ở peni. ⁊ re
miſ. ꝙ in te. de ſen. excom. c.i.
in cle. Uiceſimanona regula
Clericus nō ſolū celebrās ſȝ
etiam agens aliqđ ī ſuo offi-
cio publice tempe interdicti
violat interdictum. Uñ non
ſolum cantās miſſaȝ vt ſacer
dos ſed etiam afferēs caliceȝ
vt ſubdiaconus violat inter-
dictum. Similiť celebrādo
ꝓncipaliter veſperas vel ma-
tutinū. xi. q. iij. ſi quis epus.
Idem Guilhelm⁹ in ſpeculo
ti. ij. §. iuxta propoſitōnis. ꝟ.
quid ſi. Si qs tñ intereſt di-
uinis etiaȝ cantās cum alijs.
nō tamen agēs in ſuo officio
nō credit Hoſti. talem irregu
laritatem incurrere vel ſuſpē-
ſionem niſi faceret ex cōtem-
ptu. Clericus tamē in mino-
ribus agens in ſuo officio ir-
regularis eſt ꝑm ipm. de ꝓui-
legijs. tanta. et. c. ſi. p Inno.
Triceſima regula Tempore
interdicti poteſt menſa bene-
dici ſimiliter aqua cū ſale ſub
ſilētio. nō tamē ſacerdos po-
puluȝ debet aſpergere publi-
ce. ſi tamē aſpergat nō eſt irre
gularis. quia aſperſio nō eſt
alicui ordini annexa. non ob
ſtāte dicto Innocētij ⁊ Guil
helmi in ſpeculo. qr loquunť
ꝑm antiqua tempora Hodie
auteȝ ex quo permittiť miſſa
ſub ſilentio quod maius eſt.
ergo ⁊ benedictō aque qđ mi
nus eſt. Triceſimaprima re-
gula. tempe interdicti clerici
bini ⁊ bini expſſa voce horas
dicētes ambulādo vľ ſedēdo
in ecclia vel iuxta eccliam vľ
alibi vbi ab aſtātib⁹ laicis au-
diunť credunť violare īterdi
ctum ꝑm Johānē caldarini.
Ex q̄ ſequiť ꝙ tunc clericus
volēs dicere horas debet a ſe
remouere familiam laicalem
pōt tñ cuȝ alio clerico dicere
horas ī ſecreto vbi a nemine
audirenť Triceſimaſecunda
regula. Tpe interdicti pñt tā
clerici ꝙ̃ laici publice orare ꝑ
uatas orōnes ī ecclia niſi ip-
ſis ſpāliter eſſet ꝓhibitus in-
greſſus ecclie ꝑm Monaldū
Melius tamē faciunt clerici
abſtinētes ab orōne cōmuni

cum laicis ꝓpter ſuſpitionē.
Illi tñ qui ſunt ꝓpter culpaȝ
interdicti vl' excōmūicati nō
poſſunt i eccl'ia orare. immo
nec eccl'iaȝ intrare ſm Arch.
xi. q. iij. ſi quis. Si tñ excōi-
catus eſt in eccl'ia ſed nō orat
nō videt Innocen. quare nō
poſſum eo p̄ſente orare cū nō
ↄmunico ſibi in oratiōe. Ita
recitat Archid. xi. q. iij. ſicut.
ꝙ ego in eadeȝ domo ꝓ meo
negocio ꝛ ille ꝓ ſuo nō ſibi cō
munico. Sed ſi in eodem ne
gocio vtputa ambo imus ad
regem ad petenduȝ ꝓ aliquo.
tunc dico ꝛ ↄmunicare. Dicit
inſuꝑ ibidem ꝙ poſſuȝ cū ex-
cōmunicato in eadem came-
ra comedere. ſed nō in eadem
menſa. ſil'r dormire ſed nō in
eodeȝ lecto. Tricesimatercia
regula. Licet tꝑe intdicti lai
ci pulſantes funeri vel ꝓ alia
cauſa nō fiūt irregulares. n ō
tñ habeāt orōem Tñ ex quo
violāt ꝑ hoc interdictuȝ gra-
uiter ſunt puniēdi ſm Inno.
et Hoſtiē. Cleric⁹ tñ pulſans
tꝑe diuinoꝝ irregular ē. Se
cus ſi ibi nō celebrātur de fa-
cto diuia. Tricesimaquarta
regula. Tēꝑe iterdicti poſſūt
p̄lati excōmunicare et abſol-
uere cuȝ hoc ſit iuriſditionis.

ſed nō cum ſolēnitatē id ē ſine
ſtola pſalmis ꝛ oratiōibꝫ. nec
poſſunt excōicatū in eccl'iam
introducere. qꝛ hoc eſt ordis
vnde hoc faciens eſt irregula
ris ſm Innocentiū ꝛ Hoſti
enſem et Guilhelmum. Nec
etiam poſſunt mulieres poſt
partum introducere in eccle-
ſiaȝ ſm Bern. quod intellige
cū pſalmis ꝛ orōnibꝫ. poſſūt
tamē introducere tm̄ p̄miſſa
confeſſione nihil dicēdo. nec
ſtola vtendo. Tricesimaqui-
ta regula. Tempore interdi-
cti ſpecialis quando eccleſia
ē ſpecialiter interdicta poteſt
in ea baptizari ꝛ criſmari. ho
neſtius tamē hoc fieret extra
ꝓpter ſuſpitioneȝ criſmatis.
Tricesimaſexta regula Sa-
cerdos celebrās ſubmiſſa vo
ce et ianuis clauſis tempore
interdicti poteſt habere ſecuȝ
vnum ſcholarē ad hoc depu-
tatuȝ ad miniſtrādū ſibi ſm
Inno. de ſen. excō. nuper. de
quo etiam ꝑ Archid. xi. q. iij.
ſicut apoſtoli. Caueat ſacer-
dos tñ ne vocet aliquos litte
ratos laicos d' ſua parochia
ſibi ad miniſtrandum. hodie
iſtum. cras illū ꝛc. qꝛ hoc eēt
in fraudē interdicti. vñ ſoluȝ
magiſtrū ſchole vel cāpana-

toꝛez qui ſibi conſueuit mini/
ſtrare ꝓtūc tm̄ habeat .⁊ hoc
ſiue ſit clericus ſiue miſter. et
ipo recedēte pt aliū ſubſtitue
re dum tm̄ ſit de loco nō inter/
dicto ſm Johem cal. Si tm̄
laic⁹ miniſtrat ſacerdoti qui
nō fuit an̄ h ſuus miſter. licet
nō ſit irregularis tm̄ grauiter
peccat. poteſt tm̄ ſine diſpenſa
tione ꝓmoueri penitētia per/
acta. Ubi tm̄ ſunt plꝛes ſacer/
dotes meli⁹ fieret ſi vn⁹ alteri
miſtraret excluſis clericis vel
campanatoꝛibꝫ ſi ꝯmode fie/
ri pōt Iſta eſt intētio Johis
calda. in ſuo tractatu de inter
dicto. Triceſimaſeptima re/
gula. Tempoꝛe interdicti nō
poteſt ſacerdos officium pro
baptiſmo i ſabbato ſancto fa
cere cum ſolennitate. Criſma
tamen in die cene poteſt con
fici. nec etiā fiat bn̄dictio cā/
delarum i purificatione. aut
etiam palmarū in dn̄ica pal/
marū ſm Johem cal. nec cō
ſecratio eccl'iaꝝ altarium ⁊ ca
licum nec etiam viaticoꝛum.
Triceſimaoctaua regula Li
cet tempoꝛe interdicti poteſt
dari viaticum id eſt coꝛp⁹ xpi
ſanis damnatis ad moꝛtem.
nō tamē intrātibus mare vel
pugnātibus in bello aut ob/
ſeſſis in ciuitate. nec etiam ꝓ/
gnātibus mulieribus partui
vicinis. cū ſm Johez calda/
rini et Johem andree nō poſ
ſunt in hoc caſu dici deceden
tes quibꝫ ſolum hoc ꝑmittit̄
a iure. Si tamē ꝓgnāti muli
eri imminet graue periculum
vt quia ꝓ fetum in vtero fati/
gata laboꝛat graui infirmita
te ꝺ qua veriſimiliter timetur
poteſt ꝓcurari ſacramēto. dū
tamē hoc i fraudem non fiat
Hoc videt̄ velle Joh. calda/
rini dum dicit. niſi periculū
īmineat. Triceſimanona re/
gula. Tempe interdicti pōt
verbum dei omibus indiffe/
rēter tā iterdictis q̄ʒ nō inter/
dictis q̄ʒ etiam excōmunica/
tis predicari. ꝺ ſen. excom. re
ſpondeo. Indulgētie autem
que dantur hominibus audiē/
tibus predicatoꝛem. excōmu
nicatis ⁊ interdictis ꝓpter q̄
rum culpā latū eſt interdictū
nō ſunt dāde. cum earū capa
ces nō ſunt donec abſoluant̄
ſm dn̄m Aluaꝝ. ⁊ vt etiā ꝓ h
ꝯpungātur. Et poteſt etiam
dari exhoꝛtatio. ſed tempoꝛe
exhoꝛtatiōis debet exire iter/
dicti et excōmunicati culpa/
biles q̄ nō ſunt capaces con
feſſionis generalis que ibi fit

et etiã cũ exhortatio fit nõ de
bem⁹ cuʒ excõicatis orare. pt
etiã pulſari cãpana ꝑ hortan
do ſeu vocãdo ppl'o ad ſmo
neʒ. tuti⁹ tñ eſt dimittere pul/
ſum ꝛ dicere populo certã ho
ram puta p̃mã vel terciã qua
ↄuenient. Quadrageſima re
gula Tpe interdicti pt corp⁹
xp̄i portari ad infirmũ per ſa
cerdotẽ cũ cãpana et lumĩe p̃
cedẽtibꝫ. põt etiã dari ĩ pñtia
aſtantiũ. vt dic Joh. cal. In
dulgẽtie tñ q̃ ↄceſſe ſunt ſeq̄n
tibꝫ ꝛ comitãtibꝫ corp⁹ xp̄i ñ
ſunt dãde excõicatꝭ ꝛ interdi
ctis culpabilibꝫ. ſʒ alijs oĩbꝫ
q̃ nõ dederũt cãm interdicto
ſm Aluaꝝ ꝛ Jo. cal. q. xxvij.
Quadrageſima p̃ma regula.
Licʒ tpe interdicti clerici nõ
ſepeliant aliquẽ ꝓp̄rijs mani
bꝫ. tñ ſi pmittãt ſolũ ĩtercede
re ꝛ ſepelire ĩ cimiterio incur/
rũt penam clemẽ. cos q̃. de ſe
pul. ſ. excõicatiõem ipo facto
Et ſi ſunt exempti etiam ad/
huc eſt ſuſpenſus ab ingreſſu
eccl'ie. vt de puil'. epoꝝ. lib. vi
Quadrageſima ſecũda reg'la
Interdicto loco q̃diu quis
ibi morabit̃ ipo recedẽte rela
xabit̃. et nõ eſt neceſſaria alia
relaxatio. vt de vſur̃. c. i. ĩ glo.
q̃diu. lib. vi. Quadrageſima
tercia reg'la. Interdicta terra
alicuius dñi intelligit̃ de ter
ra que ẽ ſua quo ad dñiuʒ iu/
riſditionis. ꝛ quã tenet in feu
dum vel emphiteoſim. ꝛ quã
habet noĩe dotis vxoris ſue.
ꝛ illa quã habet ĩ vſũfructuʒ
Sʒ pignorata nõ intelligit̃
ſi dicit̃ interdico terram tuaʒ
Secus ſi dr̃. terram iſtã quã
tenes in pignore. vt ſi habet
terras in diuerſis ꝓuincijs ꝑ
partes ꝑ indiuiſo. omnes ille
partes ſubiacẽt interdicto. ſ. i
et ſi terram iſtam vẽdidit vel
ꝑdidit nõ ꝓpter hoc tollitur
interdictum. ſed ſi nouam ac
quirit illa nõ intelligit̃ inter/
dicta. Hec Johes caldarini
q. xxviij. Quadrageſima q̄rta
regula. Si clericus tempore
interdicti intereſt diuinis ex
quadam ſimplicitate non eſt
irregularis. ſed ſi facit ↄtem/
nendo vel preſtãdo autorita
tem vel faciendo coram ſe ce/
lebrare eſt irregularis ſm Jo
hannem caldarini. queſtione
xxix. Quadrageſima quinta
regula Intdicto collegio ſeu
vniuerſitate poſtea factus ali
quis de vniuerſitate interdi/
ctus cenſetur ſm Johanneʒ
caldarini. q. xxix. Quadrage
ſima ſexta regula. Clericus

nõ ſeruans interdictuȝ. vtpu ta celebrãs in loco interdicto ſcienter vbicunqȝ irregularis efficiť. ⁊ eſt ſuſpẽſus. de cleri. excõmunicato miſtrante. po/ ſtulante. §. vlti. de ſen. excõ. is q̃. li. vi. Et h̃ teneaſ ſm arch. xi. q. iij. ſi q̃s. etiã ſi nulla ſnĩa ſup hoc ſit lata. vt d̃ cle. excõ. miniſ. aplice. ⁊ de poſtu. pla. c. ij. Qui enim celebrat i loco interdicto non a canone ſed a latore intelligiť eſſe ſuſpẽſus vñ cũ ſit irregularis non põt diſpenſari cuȝ eo. vt dicit ibi/ dem Archi. Talis etiã nõ pt eligere nec eligi. vt de ꝯſuetu/ dine. cũ dilectus. §. qua nob. ⁊ i dicto. c. is qui. Nec poſtu/ lare. de poſtu. c. i. Nec benefi/ cia conferre. de ꝯceſ. pben. qꝛ diuerſitatem. ⁊ de exceſ. pla. quia tanta. imo remouẽdus eſt a ſuo beneficio. de cleri. ex com. miniſ. poſtulaſti. §. vlti. Quadrageſimaſeptima regu la. Celebrãs ſciẽter in aliqua eccľia que ñ ꝓprie diciť inter dicta ſȝ poti⁹ violata ſeu pol/ luta ſemine aut ſanguine. nõ incurrit irregularitatẽ. de ſen ten. excõ. is qui. li. vi. vnde ta lis grauiter peccat. vt ibideȝ dicitur. Idẽ Guilhelmus in ſpeculo ti. ij. §. iuxta ꝓpoſiti/ onis. ꝟ. illud quoqȝ. ⁊ Bern̄. de ꝑuil. tuaꝝ. in glo. Ideȝ di cit Guilhelmus. Si epẽs pro pter patronoꝛum diſcoꝛdiaȝ clauſerit eccľiam celebꝛans ĩ ea non fit irregularis. ſecus ſi dꝛ. interdico talem eccleſiam qꝛ tũc fit irregularſ. Quadra geſimaoctaua regula. Cele/ bꝛans in eccľia nõ interdicta pñtibꝫ pſonis interdictſ vľ excõmunicatis licet grauiť pec cat celebꝛando coꝛam eis. nõ tamen fit irregularis. qꝛ hoc nõ habeť in iure. Sed tamẽ talis ſm Archi. xi. q. iij. ſicut apoſtoli. cenſeri debet ſicut il le qui cõmunicat excõmuni/ cato in oꝛõne. qui tm̃ minoꝛi excõmunicatione eſt excõmu nicat⁹. ⁊ de iſto conſtat qꝛ nõ eſt irregularis. vt de cle. excõ/ municato miniſtrãte. Si ce/ lebꝛet. Nam hec interp̃tatio ſiue extenſio de irregularitate nõ eſt facta vſqȝ ad excõmuni catos ſiue celebꝛantes coꝛam excõmunicatſ. imo ecõtra ſta tutum eſt ꝙ nõ ſunt irregula/ res. Et cuȝ iſta irregularitas nõ fit niſi ꝑ ꝯſtitutionẽ eccľie ⁊ de celebꝛantibꝫ coꝛam excõ/ municatis non ſit ſtatutuȝ ꝙ ſint irregulares. nõ debẽt ha/ beri ꝓ irregľaribꝫ. ſm Inno.

qui ita notauit de exceſ.pla.c. fi. Si tñ talis ingerat ſe ſecũ/ do officio ſuo.ſicut prius erit irregularis.vt dicit glo.ij.de ſen.excom.is qui.li.vi. Qua/ drageſimanona regula. Si publice excõmunicat⁹ vel int̃ dict⁹ ꝓpt̃ culpã intrat eccl'iaꝫ oẽs debent exire ſi cõmode nõ põt expelli.xxiiij.q.i. omnes qui.ꝛ.xi.q.iij.ſicut.in glo.ij g Sacerdos tñ ꝓpterea nõ di mittat miſſam inexpletã ſi iã incepit canonẽ debꝫ cõmuni onem cũ ſequẽtibꝫ orõnibꝫ in ſacriſtia ſumere. Si auteꝫ oc cult⁹ ſit ille q̃ ſcit eũ ſolus cau te exire debet. ita tñ ꝙ crimen non ꝓdat. Facit ad h̃.vi.q.ij ſi tantũ.ꝛ qḋ ibi notat̃ i ꝓma glo. Quinquageſima regula. Quilibet q̃ntũcũqꝫ exempt⁹ celebrãs ſciẽter ſiue i loco int̃ dicto.ſiue coraꝫ pſonis inter/ dict' ab ordinarijs delegatis vel a iure.ſil'r recipiens inter/ dictos publice ad diuia offi/ cia ſiue ſacramenta ſiue ſepul turã eſt interdict⁹ ab ingreſſu eccl'ie vltra alias penas i iure poſitas.vt de priuilegijs.ca. epoꝝ.li.vi. Et ſi ſe ingerat of ficio ſuo ſicut pus fit irregu/ laris.vt de ſen.ex.is q̃.lib.vi. Et ñ intellige ꝙ iſti ſic delin/

quẽtes in oĩbꝫ ꝑdictis caſibꝫ tm̃ puniãt̃ pena interdicti ab ingreſſu eccl'ie.ſed ꝙ vltra pe nas alias iſta eis infligit̃. vñ licet celebrãs i loco int̃dicto vt ſupra dictũ eſt in caſu non ꝯceſſo fit irregular'.ḋ ſen.ex. is q̃.li.vi.tñ vltra illã penã ir regularitatis ꝓhibet̃ ſibi in/ greſſus eccl'ie.qḋ non fit alijs irregularibꝫ. Sil'r celebrans corã excõicato vl' int̃dicto pu blice.licet nõ fit irregular' pri ma vice.tñ incidit excõicatio nem minorẽ.vt de cleri. excõ. miniſtrãte. Si celebret. Vñ poſſꝫ pnĩa pacta poſt h̃ mini ſtrare in eccl'ia.ſi non eſt pena iſtius capituli que tñ obſtat eis.qꝛ tales nõ poſſunt mini/ ſtrare in eccl'ia quantũcunqꝫ peniteant.cuꝫ nihilomin⁹ eſt eis ingreſſus eccl'ie int̃dict⁹. donec de trãſgreſſione hmõi ad arbitriũ cui⁹ ſñiam ꝯtem/ pſerunt ſatiſfaciãt cõpetẽter. Licet autẽ iſta ꝓcedant quo ad exemptos. vt dicunt q̃dã tñ quo ad illam ꝑtem.ſ.de ad miſſione diuinoꝝ Jo.hes mo nachi. Archidyacon⁹. ꝛ Jo/ hannes andree in nouella di/ cunt nõ exemptos non ligari iſta pena.vñ ipi volunt ꝙ nõ exempt⁹ admittẽs interdictũ

ad diuina officia nō incurrat hanc penā. ſ. vt nō arceaṫ ab ingreſſu eccl'ie. licꝫ peccet grauiter. vt dictū ē. qḋ ꝓbat Jo. an. in nouella dicti ca. epoꝝ. ꝯcludens poſt mlṫa ꝙ ex q̄ nō pōt exemptꝰ ſuffragari ignoſcant ſibi ſciētes ꝙ oculꝰ ipſorum nequā nō erit. cum etiaꝫ habeāt maioꝛa remedia ꝑ minoꝛe ſup abſolutōibꝫ ꝛ diſpēſationibꝫ ipſis ab ap'lica ſede ꝯceſſa. ꝛ cōpꝛomiſſiones que facile ſuis maioꝛibꝫ circa talia fieri ſolent. Hec ille.

De irregularitate.

Ad habendam aliquā noticiaꝫ de irregularitate notande ſunt aliquę regule priꝰ ꝑmiſſa bꝛeui deſcꝑtione irregularitatis. Sciendū igiṫ eſt ꝙ irregularitas eſt nota. i. infamia vel impedimentū canonicum ex vicio ſeu defectu ꝓueniens. qua q̄s ꝓhibeṫ ad eccl'iaſticos oꝛdines ꝓmoueri. ꝛ in eiſdem miniſtrare. Ita diffinit Guilhelmus durādi in ſpeculo. titulo de diſpenſationibꝫ. §. iuxta. de ꝓpoſitionis. Diciṫ autem canonicuꝫ impedimētū. qꝛ oꝛtum habet a iure canonico. licꝫ inceperit a veteri teſtamēto quo ad aliqua. qꝛ dictum ē dauid. Nō edificabis mihi templum. qꝛ vir ſanguinis es. i. Paral'. xxviij. c. ꝛ in cano. xlix. di. Hinc etenim. vbi habeṫ ꝙ in leuitico etiaꝫ multi a ſacerdotio repellebanṫ ꝓpter defectus naturales. ſicut ꝓpter ſcabiem ꝛ gibboſitatem ꝛc. Et diciṫ irregularitas ab in qḋ eſt ſine. ꝛ regula. quaſi contra regulā eccleſie natus. ſiue pꝛopter factum vel defectuꝫ extra eccleſiam poſitus. Sumitur aūt tripliciter. Pꝛimo pꝛo defectibus qui ſunt in homine ſine peccato. puta qui eſt bigamus vel maritus vidue. vl' illegitimus. ꝛ huiuſmodi. vt ḋ renūciatione. niſi cum pꝛidē. §. ꝑſone. Secundo dꝛ irregularitas ꝑſone. vbi generaliter ꝓhibeṫ quilibet oꝛdinari vel celebꝛare in oꝛdine iam ſuſcepto ſine diſpenſatiōe domini pape. ne patiaṫ defectū ꝛc. de quibus ĩfra patebit. Tercio dicuntur irregl'ares oīs illi qui non poſſunt remanere in ſuſceptis oꝛdinibꝫ. nᶜ ad maioꝛes ꝓmoueri. etiā poſt actā penitentiā. ſine diſpenſatiōe domini pape ꝛ alioꝛum pꝛelatoꝛum. de quo dantur regl'e.

# De irregularitate

Prima reg'la. Ois furioſus ebrioſus illitterat⁹ impudic⁹ ꝑcuſſor litigioſus neophit⁹. ⁊ generaliter ꝗlibet in mēbris naturalib⁹ defectuoſus irregularis eſt ad ſacros ordines ſuſcipiēdos. pꝫ h̄ in decre. late incipiēdo a. xxvi. diſt. vſqꝫ xlix. ꝑ totū. vbi iſta ſingillatī ꝓbant. Scđa regula. Accuſans vel deferēs aliquē de crimine corā iudice ꝓ quo pena capitis debetur vel trūcatio mēbri irregularis eſt. v. q. vi. delatori. ⁊. vi. q. i. in ſūma. de accuſa. accuſaſti. Tercia regula. Percutiens aliquē ſiue in ꝓpa ꝑſona ſiue ꝑ aliū ei⁹ mandato. ſi ſequatur inde homicidium vł mēbri mutilatio ſi h̄ facit abſqꝫ ineuitabili neceſſitate irregularis eſt. de homi. p̄ſbyteri. ⁊. c. Petrus. l. di. miror. Quarta regula. Percutiens abſqꝫ mort' ꝑiclo vł ſanguinis effuſione vł trūcatione. habens ad h̄ ꝑtātem non eſt irregular'. vt de raptorib⁹ i archiep̄atu. ⁊. xxiij. q. viij. ſepe. Quinta reg'la. Iudex actor vel ꝓcurator notari⁹ ſiue dictator vel ꝓmulgator ſi in membris ſecuta eſt mutilatō irregularis eſt. l. diſt. ſi ꝗs. ne clerici vł monachi. ſententiā. de homici. poſtulaſtis. l. di. c. i. Et generaliter purgationē vulgarē que fit in torneamētis vł alio mō. ⁊ quecūqꝫ vindicte ſanguinis autoritatē benedictionē ſeu patientiā ſui exhibentes. irregulares ſunt. de exceſ. ꝑla. ex lr̄is. Sexta regula. Licet cleric⁹ nō debeat intereſſe vindicte ſanguinis. ſi tn̄ ex ſola curioſitate vel leuitate interfuerit vbi latro ſuſpendit' vel vbi quis in duello occidit'. licet peccet grauit'. nō tn̄ fit irregular'. ſi nec auxiliū vel ꝯſiliū vel autoritatē p̄ſtiterit. ſm Guilhelmū i ſpeculo ti. de diſpēſatōe. §. iuxta ꝓpoſitōis. Septima regula Iudex vel official' ſeu aduocatus ꝗ tractauerūt cām criminis dātes operā vt ſāguis effunderet'. licet nec mors nec ſanguis effuſio fuerit ſubſecuta irregulares ſunt. p̄t tn̄ i talib⁹ ꝑ ep̄m diſpēſari ſm Guilhelmū. ſil'r cū illo ꝗ nō ex officio ſuo ſed ex odio dedit operam ⁊ fecit qđ potuit vt occideret'. nō tn̄ occidit' vł mutilatur. indiget em̄ tal' diſpēſatōe ſm guil'. Octaua reg'la. Exercēs artē cyrurgie ſi ꝓpt' imperitiā ⁊ negligētiā ei⁹ ſit mors ſubſecuta ab inciſiōe aduſtio

ne vl' potione quã dedit infir mo. irregularis eſt. vt de ho micidio. tua. §. i. ¶ Si tñ pe rit⁹ exiſtens fleubotomat ſan guinẽ vel ſecat adhibẽs oẽm diligentiã nõ eſt irregularis. etiã ſi mors fuerit ſubſecuta. q2 poti⁹ pſumit' caſu ꝛ culpa patientis euenisſe. xxiij. q. v. de occidẽdis. ¶ Secus ſi p ei⁹ negligentiaʒ ſm Guilhelmũ. Nona regula. Licet laic⁹ ex ercẽs artẽ cyrurgie nõ fiat irre gularis. ſi nõ ꝑpter ei⁹ incuri am multi obierũt. cleric⁹ tñ ſi ſub ei⁹ cura aliq̃ etiã ꝑter eiuſ culpã obierũt irregularis eſt ſm Inno. q̃ hec notauit in. c. tua. de homici. ne cle. vel mo nachi. ſniam. Decima regula Extrahens ſagittã vel telum vel gladiũ infixũ in corꝑe ali cuius. ſi ꝑpter hoc vulnerat⁹ citius morit'. irregularis ẽ. de homi. tua. Undecima regu la. Cuſtodiens infirmum et dans ei bibere ĩꝑite. vl' aliq̃d aliud ɔtra ɔſiliũ medicoꝝ fa ciẽs ꝑpt' qđ mors ſit ſubſecu ta irregularis fit ꝑpter impe ritiã ꝛ negligentiã diſſolutã. ſi tamẽ q̃s facit bona fide cir ca egrotũ nõ dʒ eſſe facilis ad faciendã ɔſciam ſcrupuloſaʒ q̃uis in aliquo ſit erratum. ſi ibi nõ ſit lata culpa cũ negli gẽtia diſſoluta q̃ ꝑpe dolũ eſt ꝛ hmõi ſcrupulũ de facili de ponere dʒ ad ɔſiliũ ſapientis Si tñ tanta culpa fuerit vel negligentia diſſoluta. ꝛ certũ eſt ꝙ mors fuit inde ſubſecu ta. irregularitas cõtrahitur. Si vo nõ ſit certũ tũc diſtin guendũ eſt. aut em̃ dubitat'. ꝓ babiliter ſm iudiciũ medico rũ. ꝛ tũc abſtinẽdũ eſt ab offi cio. ſi aũt nõ dubitat'. tũc de poſita erronea cõſcia poterit adminiſtrare ꝛ etiã ꝓmoueri al's nõ ſm Ray. l. diſt. hi qui arborẽ. ꝛ. c. ſepe. Et ſm q̃ſdaʒ ſolus papa cũ talibꝫ diſpẽſat Duodecima regl'a. Cõſulenſ aliquid vnde ſequit' homici diuʒ irregular' eſt. vt ſi ſuaſit iactũ baliſte. machine lapidiſ vel ꝙ q̃s iret ad capienduʒ ca ſtrum qđ capi nõ poteſt ſine hominis morte. vñ ſi ſequit' mors ex illo ɔſilio irregular' eſt ſm Guilhelmũ. Idẽ ſi fa cit vel cõſulit furtiue vel ꝓdi tionaliter capi caſtꝝ. ſi mors inde ſequit' irregularis eſt. q2 debuit veriſil'r pſumere hoc euenire poſſe. In talibꝫ enim punit' qui remotã cãm homi cidio dedit ſic̃ ꝓpinquã. vt notat' de homicidio. pſbyter'

Tredecima regl'a. Mandās
aliquē v̄berari. ſi v̄berās occi
dit v̄beratū. irregularis eſt q̄
mādauit. niſi expreſſiſſet ne oc/
cideret. de homicidio. ſignifi
caſti hodie. de homicidio. is
qui mandauit. li. vi. in fi. vlti/
me gloſe. Secus tñ de illo q̄
cōſulit aliquem capi. vtputa
malefactorē. quia tunc nō fit
conſulens irregularis. etiam
ſi capiens occidit illum. quia
hoc nō ꝯſuluit. ar. d' homici.
c. fi. Abſit enim vt ea que pro
pter bonum facimus. ſi ꝑter
voluntatē noſtrā quicq̄d ma
li acciderit nobis debeat im/
putari. xxiij. q. v. de occiden/
dis. ſemper tñ fit irregularis
dans directe ꝯſilium in mor/
tem alterius. vt ne clerici vel
monachi. ſententiā. Nec inter
eſt ſiue is cui datum eſt conſi
liuȝ ſtatim fecerit homicidiū
vel etiā diu poſt. niſi ꝑus cō/
ſilium reuocauerit et contra/
rium ſuaſerit. vt de homici.
Petrus. imo niſi firmiter et
probabiliter credat ꝙ poſt re
uocationem ꝯſilij nō reuocet
is cui datum eſt ꝯſilium a ꝓ/
poſito occidendi. neceſſe ē vt
denunciet illi de cuius mor/
te tractatū eſt ꝙ caueat ſibi. i
eo autem ꝙ mandauit per ſe

fieri homicidium. videt' ſuffi
cere ſi conſilium mandat tm̄.
de regulis iuris. omnis res.
vel ſi ſciente eo cui mandatuȝ
eſt iuit euȝ occidendo. vt. xxij
q. i. Omne quod. vel parente
lam vel amiciciā cum eo con
trahat. licet ei hoc non ſigni/
ficauerit. quia qui eſt certus
certiorari non debet. de elec.
inter vniuerſas. Quartadeci
ma regula. Conſulens alicui
vt occidat aliquem. ſi ipſe cui
ꝯſultum eſt occidere occidat'
ab illo occidendo. ſm opinio
nem mitiorem non iudicatur
ille cōſulens irregularis. Ra/
tio. quia fines cōſilij exceſſit.
ex quo egreſſus eſt ad occidē
dum. nec ſibi bene cauit. niſi
excitaret eum ad occidenduȝ
alium forte in tali loco vbi pe
riculum eſſe poſſet. tunc eſſet
irregularis. etiam ſi is cui cō
ſului occidatur ſm Guilhel/
mum vbi ſupra. ſm rigorem
tamē iuris hodie talis conſu
lens irregularis eſt ꝑ Johan
nem andree in nouella. de ho
micidio. is qui mandauit. li.
